AUTHOR:

HELCK, JOANNES

TITLE:

DE CRATETIS MALLOTAE STUDIIS CRITICIS ...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1905

Master Negative #

91-80334-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Helck, Joannes, 1879-
De Cratetis Mallotae studiis criticis quae ad Iliadem spectant. Dissertatio inauguralis quam ... Lipsiae, R. Noske, 1905.
87 p. 23cm.

Thesis, Leipzig, 1905.
Volume of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6-1-91 INITIALS MCY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

DE CRATETIS MALLOTAE STUDIIS CRITICIS QUAE AD ILIADEM SPECTANT

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB
AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE LIPSIENSI
RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

IOANNES HELCK
DRESDENSIS

LIPSIAE
TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMV

RETTULERUNT AD ORDINIS PHILOLOGOS DE HAC DISSERTATIONE
WACHSMUTH (†) **MARX** **LIPSIUS**

PROCANCELLARIO
STUDNICZKA.

LIPSIAE D. II. M. NOV. A. MCMV.

WACHSMUTHII MEMORIAE

εἰ δὲ πολλῶν προειπόντων ἐπιχειροῦμεν καὶ αὐτοὶ λέγειν περὶ τῶν αὐτῶν, οὔπω μεμπτέον, ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον διελεγχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες. ὑπολαμβάνομεν δ' ἄλλων ἄλλο τι κατορθωσάντων ἄλλο πολὺ μέρος ἔτι τοῦ ἔργου λείπεσθαι · πρὸς οἷς ἂν καὶ μικρὸν προσλαβεῖν δυνηθῶμεν, ἱκανὴν δεῖ τίθεσθαι πρόφασιν τῆς ἐπιχειρήσεως.

(Strab. I, 14.)

Cratetis studiorum Homericorum reliquias nobis denuo pertractantibus exordium repetendum erat a Curtii W a c h s m u t h libro quem scripsit de Cratete Mallota, Lipsiae 1860. Quo quae perspexerunt priores quaeque illis temporibus primo impetu potuerunt indagari omnia ingeniosissime erant collecta ac disposita Cratetea. Sed novis libris a viris doctis emissis[1]) quoniam novae inquisitioni viae novaeque copiae detectae patent, novam nunc imprimis de Homericis Cratetis studiis disquisitionem instituendam esse ipse Wachsmuthius quem modo praematura morte abreptum esse omnes summo dolore dolemus et supplementis quae temporum decursu ipse adnexuit (Philol. XVI, 1860, p. 666; mus. Rhen. XLVI, 1891, p. 552 sqq.) et disertis verbis (mus. Rhen. l. m. s., p. 555) optimus fuit testis. Itaque iussu magistri venerabilis denuo in his Cratetis studiis Homericis operam consumere statuimus.

Ac primum quidem Cratetis sententias perscrutati sumus cosmographicas astronomicas geographicas allegoricas doxographicas quarum reliquias apud grammaticos aliosque scriptores scribas

---

[1]) Digni qui afferantur sunt libri hi: Berger., Die geograph. Fragm. des Hipparchos, Lips. 1869; des Eratosthenes, Lips. 1880; Geschichte der wissenschaftlichen Erdkunde bei den Griechen[2], 1903; Diels., Doxographi Graeci, Berol. 1879 p. 88 sqq.; Ludwich., Berl. philol. Wochenschrift, 1888 c. 1427 = Homervulgata, Lips. 1898 p. 193 sqq.; Müllenhoff., Deutsche Altertumskunde I[2], 1890; Steinthal., Geschichte der Sprachwissenschaft[2], 1890 sq.; Maass., Aratea (Kießling-Wilamowitz, Philol. Untersuch. Fasc. XII 1892).

scholiorum lexicographos etymologistas Eustathium conati sumus colligere omnes, sive Cratetis nomen diserte erat additum sive omissum erat. Sed nobis hoc in opere perseverantibus augebatur atque crescebat in dies singulos cognitio quantopere, ut tota Cratetis studiorum ratio accurate posset perspici, omnia quae adhuc sunt prolata digna essent quae denuo accurate inspicerentur et examinarentur.[1]) Quapropter constituimus, cum iam in eo erat, ut studiorum parte ad summos in philosophia honores impetrandos uteremur, hoc loco nobis agendum esse de illis Cratetis sententiarum reliquiis quae pertinent ad verba Homerica quae in Iliade leguntur aut mutata aut servata ac defensa, quamquam alios viros doctos veteres mutare non esse veritos scimus.[2])

Neque enim res absoluta est eis quae anno 1903 in rivista di filologia e d'istruzione classica XXXI, p. 193 sqq., conscripsit Augustus Balsamo de Cratete di Mallo e la sua interpretazione di Omero. Nullum enim librum post Wachsmuthii libellum adhibuit qui ad rem ipsam spectat. Quid? quod auctor ignoravit scholia Gen. et Ox.? quod scholia *T* neglexit? quod lexicographorum aliorumque copias prorsum sprevit? Propterea mirandum non est, quod novi hoc in opusculo nihil profertur, sed auctor quae iam dudum nota sunt denuo sine ullo fructu explicat. Atque unica sententia huic auctori propria absurdissima est: censebat enim Cratetem sic ut fecit in arte critica et in explicatione versuum Homericorum se gessisse, quod summa ope studeret novator ubique esse qui sperneret omnes regulas ac normas quibus priores artem grammaticam et criticam obsaepsissent; cum enim esset flagranti animo atque effrenato, semper eum adduci, ut contrarium eis quae alii sunt amplexi sibi ipse eligeret. Qui vero tanta insolentia carpitur dignus sane est qui rursus ad partes vocetur.

Quibus praemissis Cratetis Mallotae studia critica quae ad Iliadem spectant pertractemus.

---

[1]) cf. A. et M. Croiset, Histoire de la litt. Gr., 1899, V p. 138: Cratès, en somme, est mal connu.

[2]) Igitur hic non curabuntur et studia Cratetis critica quae ad Odysseam spectant et omnes Cratetis doctrinae reliquiae quae ad interpretandos Homeri versus sunt referendae; quae cuncta mox nos alio loco divolgare posse speramus.

FRAGMENTUM I

Schol. *B* sec. class. ad *A* 591 ubi *βηλοῦ* est in omnibus libris, item apud Apollonium Soph. p. 51, 15 B. et Laertium Diog. VI, 90: *Κράτης δὲ περισπῶν τὴν πρώτην συλλαβὴν Χαλδαϊκὴν εἶναι τὴν λέξιν ἀποδίδωσιν.* Ad Cratetem referenda sunt etiam ea quae legimus in scholiis *ABT* Gen. I; in Et. M. 196, 26 = Et. Flor. p. 64 ed. Miller: *τινὲς δὲ* (i. e. Crates) *κατὰ Χαλδαίους τὴν ἀνωτάτω τοῦ οὐρανοῦ περιφέρειαν* et apud Eustathium ad v. (156, 36 ed. Roman.): *τινὲς δέ φασι τὸν τοιοῦτον βηλὸν . . . εἶναι κατὰ . . . Χαλδαίους οὐρανόν.* Crateti igitur persuasum erat Homerum in deorum rebus effingendis et enarrandis Chaldaeorum opiniones esse persecutum, ita ut summum caelum deorum domicilium Chaldaea voce *Βῆλον* nominaret. Itaque Crates quippe qui studeret omnium fere rerum peritiam Homero obtrudere, cum tunc Chaldaeorum scientia magis magisque innotesceret,[1]) poetam etiam religionem Semiticam nosse censebat. Ex quo magistri commento infelici profectus Zenodotus Mallota assecla studiosissimus etiam infelicius coniecit Homerum ipsum fuisse Chaldaeum (v. scholia *AT* ad *Ψ* 79: cf. Pusch., quaest. Zenod., diss. Hal. XI p. 150 sq.). Quod non solum ut fecit Leaf. in ed. Il. II^2 p. 477 ita explicandum esse, ut Zenodotus Crateteus Homerum astrologum censeret, sed re vera ita, ut genere Chaldaeorum ex populo esset poeta, inde sequitur, quod hanc perversam Cratetis assentatoris doctrinam strictim castigavit Lucianus in (*ἀληθινῶν διηγημάτων*[2]) *β'* 20: *εἶναι μέντοι γε ἔλεγε* (ipse Homerus *Βαβυλώνιος.*

---

[1]) Ut recte monet Maass., Arat. p. 245 sq.; qui tamen eodem loco de schola Tarsensi protulit plane improbabilia.

[2]) De hac inscriptione v. Rohde., Der griech. Rom.^{2}, p. 204 prior. n. 1; de Luciani verbis ib. p. 206 sq. n. 4; in eo quod ex Homeri umbra de poetae patria quaesivit Lucianus Apionem irrisit qui in commentariis Homericis (cf. Baumert.,

Item vero ac Zenodotum etiam Quintum Smyrnaeum Cratetis a partibus stare qui in *τῶν μεθ' Ὅμηρον λόγων ιγ'* 483 scripsit: *βηλὸν ἐς ἀστερόεντα,* i. e. in caelum stellis fulgens, confidentius Maass., Arat. p. 177 n. 11 contendit quod ante eum iam pridem suspicatus erat Dindorf. in Steph. Thes. Gr. l., s. v. *βηλός,* II c. 229. Sed Quintum Cratetis doctrina illum ad usum esse adductum demonstrari nequit; immo ex Homeri verbis ipsis hanc notionem vocabuli item atque e. g. Empedocles (cf. frg. 84, 6 Diels.) sibi eum finxisse credendum est.[1]) Hic igitur Cratetis asseclis inserendus non est.

Artissime autem cum scholiis ad *A* 591 servatis conectenda sunt verba quae ad *O* 23 ubi codd. in scribenda voce *βηλοῦ* quantum scimus non fluctuant[2]) tradita sunt locis his:

schol. *T* ad v.: *ἀπὸ βηλοῦ*] *Κράτης δὲ* *ὡς ἦλον.*[3])	Eust. ad v. (1003, 2 ante 40): *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ὁ Κράτης ὥς φασιν οἱ παλαιοὶ τὸ βηλοῦ . . . βαρυτόνως ἀναγινώσκει βῆλον ὡς ἦλον.*[3])

Itaque premendum est Cratetem pari diligentia omnia Homeri carmina esse perscrutatum. Cratetis vero apud Eustathium memoria ex scholiis ipsis deprompta est ut ipse Eustathius verbis *ὥς φασιν οἱ παλαιοί* pronuntiat (cf. Lehrs., Ar.² p. 34. 366; Schrader., Herm. XIV p. 244). Quo apparet Eustathium praeter commentarium quem esse Apionis et Herodori ipse multis locis dicit a scholiis codicis Ven. *A* non longe diversum (cf. Lehrs.² p. 370 sqq.) usum esse etiam exemplari quod eadem atque codices *BT* origine erat et eo aliquatenus integriore et uberiore (vide Schrader., Herm. XIV p. 243 sqq.); nam codex *B* ad *O* 23 idem scholium atque codex *T* praebet, sed Cratetis mentione omni omissa. Atque hac ex re

de Ap. stud. Hom. p. 47) hoc fecisse gloriatus tamen ausus non est profiteri quid sibi respondissent umbrae (v. Plin. n. h. XXX, 6).

[1]) Cave ne cum Leafio, II² p. 107 glossographorum opes fontem huius usus putes; nam in scholio *B* sec. class. ad *A* 591 (Dind. III p. 82, 19) collatis scholiis *ABT* Gen. I ad v. = Et. M. 196, 27 = Et. Flor. p. 64 ed. Mill. = Eust. ad v. (156, 36) Cratetis et Parmenionis opiniones perperam sunt coniunctae. Glossographi igitur adnotarant *βηλόν* in illis dialectis Olympum significare.

[2]) Zenodotus Ephesius versum omnino non scripsit teste Didymo: cf. Ludwich., AHTK (= Aristarchs Homerische Textkritik) I p. 384, 20.

[3]) *ἤλω T*; *ἥλῳ* cod. *T* apogr. Victor.; *ἧλον* Eust.; corr. Wachsmuthius recte ut statim monstrabimus.

luculenter apparet et illam vocis *βηλοῦ* explicationem (= *βαθμοῦ;* cf. Eust. l. s. s., 1 ante 40) et veriloquium *παρὰ τὸν βήσω μέλλοντα* quas uterque codex *BT* praebet non ad Cratetem pertinere, quamquam harum opinionum auctor Homeri verba ad caelum,[1]) non cum Aristarcho (cf. infra p. 12) ad Olympum montem refert.

Unde vero fluxerint frustula quibus Cratetis doctrina traditur adhuc notum non est.[2]) Sed nobiscum considera haec: illis quos ad *A* 591 exscripsimus locis cum Cratetis sententia alia legitur artissimo vinculo conexa quam Parmenionis glossographi esse evincitur scholio *B* sec. cl. ad *A* 591: *Παρμενίων· δὲ ὁ γλωσσογράφος φησὶν Ἀχαιοὺς καὶ Δρύοπας καλεῖν τὸν Ὄλυμπον* (cod. *οὐρανόν,* v. supra p. 8 n. 1) *βηλόν.* Hoc autem mendum eo explicatur, quod, cum arta sit ratio quae inter utramque explicationem intercedit, perperam quae Cratetis sunt Parmenioni attribuuntur. Hic autem Parmenio idem est qui ab Athenaeo XI 500 B profertur (cf. Kaibel., ad loc. et in ind. s. n.); auctor igitur est operis *περὶ διαλέκτου*[3]) (cf. Meier., op. II p. 34 sq. n. 125) cuius nunc duo nova fragmenta divolgata sunt (schol. Gen. I ad *Φ* 259. 262).[4])

Parmenionis vero de aetate (cf. Susemihl., Gr. L. G. II p. 192 n. 254) nil adhuc potest indagari, nisi quod inde, quod in scholiis Gen. I ad *Φ* carmen servatis affertur, cum in scholiis Ox. eandem ad rhapsodiam adscriptis quantum iudicare est non adhibeatur, suspicari licet eum scripsisse primo fere p. Chr. n. saeculo (cf. infra p. 62 n. 4, p. 69).

Sed optimo iure contendere licet hanc Cratetis ad *A* 591 mentionem olim ex copiis huius Parmenionis Byzantii fluxisse. Nam vide quam bene ad huius librum *περὶ διαλέκτου* quadret Cratetis doctrina qua grammaticus Pergamenus Homericam vocem ad Chaldaeorum linguam refert. Accedit, quod ut iam monuimus omnibus locis ubi haec frustula in scholiis leguntur sententiae et Cratetis et Parmenionis artissime inter se cohaerent. Conferas imprimis scholium *B* sec. cl. ubi quae aliis locis in breve contracta

[1]) cf. schol. *BT* ad *O* 23; Eust., 1003, 40. Haec doctrina ab Aristarchea (cf. Ariston. ad *E* 749; *Θ* 393) longe abest.

[2]) cf. enim secundum Lehrsium Lentz., Herod. op. I praef. p. LXXIX n.; falsa protulerunt Schrader., PIQ p. 392 sq., 405; Maass., Arat. p. 176 sq.

[3]) Igitur non curamus Meinekii coniecturas; nam Parmenionem monstrasse quae verba dialectica adhiberet poeta nunc constat.

[4]) Vide quam similia his sint verba Athenaei l. s. s.

praebentur ex uberiore, non tamen integriore fonte sunt allata. Agathoclis vero mentio hoc loco servata cum Crateti ipsi debeatur (v. infra p. 13 sq.), Parmenionem et Cratetem attulisse contendimus et Agathoclem quem apud Cratetem invenit adhibitum. Cuius rei argumentum eo lucramur, quod in scholio *B* sec. cl. etiam Agathoclis sententia quamvis initio scholii iam adscripta iterum sub fine una cum Parmenione et Cratete profertur, sive ex Parmenionis libro ipso sive ex auctore quodam qui sua Parmenioni debuit. Quis vero fuerit qui Parmenioni materiam hanc subministraret latet; unum vero illud ex ipsis verbis est certum Parmenionem vel auctores eius non editionem Cratetis Homericam, sed librum exegeticum et criticum ob oculos habuisse.

Ut vero exploremus quo ex auctore scholia ad *Α* 591 et *O* 23 ipsa servata sint, haec scholiorum frusta omnia inter se comparemus ac pervestigemus necesse est. Quo facto efficiuntur haec: Verba quibus Cratetis et Parmenionis et eius qui Aristarchi his meliorem esse sententiam putabat opiniones strictim exponuntur artissimo vinculo inter se coniungenda esse demonstratur et eo, quod pari modo exstant in *ABT* Gen. I Et. M., et eo, quod haec sententia una cum illis a *D* Gen. II abest nec non a *B* sec. class. ubi verba Parmenionis ipsa tradita sunt. Eum autem qui scripsit: *ἄμεινον δὲ τὸν βατῆρα λέγειν ἤτοι τὴν φλιὰν ἀπὸ τοῦ βαίνειν* cum Aristarcho fecisse planum est; neque eundem et Aristarchi et illorum sententias qui *βηλόν* vel *βῆλον* idem esse atque caelum affirmarant attulisse ex enuntiato m. s. quod a vocabulo *ἄμεινον* incipit et ex verborum ordine imprimis scholii *A* et Et. M. negari potest. Videmus ergo Et. M. ordinem servasse rectiorem qui minus absit a fonte. Accedit, quod et Agathoclis et Cratetis doctrinas auctor quem hic habemus ex Parmenionis libro sibi sumpsit. Igitur Agathocles Crates Parmenio Aristarchus in scholiis Et. M. Eustathio uno eodemque ex auctore allati sunt qui Aristarchi pressit vestigia.[1] Contra adnotationes a *κοινῶς* incipientes alio ex fonte sunt derivatae: nam primum in Et. M. sub fine leguntur suo loco, cum in *AB* sec. cl. rectum perturbent ordinem; deinde quae in his et in illis scholiis dicuntur de vocis *βηλός* veriloquio minime

[1]) Sententiae quibus v. d. quorum nomina prorsus ignoramus contendunt *βηλόν* idem esse ac *πάγον* aut *περίοδον* eidem debentur auctori, quod ubi omnino exstant eodem leguntur loco quodque apud Eustathium quoque (156,34) cum Cratete et Parmenione sunt coniunctae.

congruunt; tum hae adnotationes separatim tantum positae optime possunt intellegi, si vero cum aliis illis coniunxeris, mirum in modum alia in eis pariter atque in illis iterantur, alia aliter explicantur; denique Aristarchum hic auctor non sequitur: cogitavit enim primum de veris caeli portis, cum Aristarchus nubes haberet caeli portas (cf. p. 9 n. 1); tum caelum esse deorum domicilium censuit, non Olympum ut vates Alexandrinus. Sunt autem huc hae adnotationes adscriptae ex scholiis vulgatis quae vocantur Didymi. Neque vero h a n c scholiorum partem cum Herodianeis posse conecti sequitur ex Herodiani vocis *ὁδός* veriloquio (cf. Lentz. II p. 356, 2). Sed i l l o r u m scholiorum auctorem esse Herodianum contendimus. Quod ut demonstremus, indagandum est quo ex auctore vocis *βηλός* veriloquium quo a verbi *βαίνειν* futuro derivatur illis in adnotationibus sumptum sit. Quod traditum est ad *O* 23: nam in Et. M. quamquam hoc etymon pluribus verbis profertur, tamen non suo est loco coll. scholiis *ADB* s. cl. Gen. II. Sed Herodianum fuisse scimus qui *βηλός* a *βήσω* derivavit (cf. Lentz. II p. 490, 11 sq.); ad quem etiam verba quae hoc veriloquium sequuntur *Κράτης ὡς ἦλον* referenda esse (cf. Lentz. I p. 155, 18) nunc certum est; Wachsmuthium igitur recte *ἦλον* scripsisse demonstratum est. Quae vero de voce *βηλός* quae idem significat ac *βαθμός* in scholiis ad *O* 23 leguntur reliquiae sunt Aristarchi sententiae ab Herodiano olim accuratius propositae.[1]) Neque vero mirandum, quod hae adnotationes formam Herodianeis alibi propriam iam non prae se ferunt, quoniam in *BT* servatae sunt, non in *A*. Haec igitur scholia ad *O* 23 ex Herodiani *περὶ Ἰλιακῆς προσῳδίας* *O′* aetatem tulerunt.

Quo demonstrato aut egregie fallimur aut solvi potest quaestio quis fuerit auctor scholiorum ad *A* 591 in quibus Crates prolatus est. Quem Herodianum fuisse putamus argumentis his commoti: primum Herodianus ad *O* 23 Aristarchum et Cratetem affert pariter atque auctor ad *A* 591; deinde uterque auctor Aristarcheam sequitur opinionem; tum auctor ad *A* 591 *βηλός* a *βαίνειν* derivandum esse censet; quod ut facere posset, cogitare tantum potuit aut de futuro aut de aoristo. Sed hoc umquam quemquam fecisse nullum habemus indicium; igitur etiam hoc loco verba

[1]) Verba quae sunt de caeli portis in scholiis ad *O* 23 adscriptis referenda sunt ad scholia illa vulgata quibuscum conspirant.

ἀπὸ τοῦ βαίνειν de futuro *βήσω* intellegi par est; quod verbis scholii Gen. I ad *A* 591 confirmatur. Ergo uterque auctor eandem profert *βηλός* vocis originationem. Denique res forma scholiorum ipsa profligatur: scimus enim Herodianum solere ex multarum sententiarum quas produxerat turba uni exceptae verbo quod etiam hic legitur *ἄμεινον* calculum suum adicere (cf. Lentz. I praef. p. CXXVIII). Ergo utroque loco Cratetis memoria ex Herodiani *Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ* servata est.

Praeter locos quos iam attulimus Cratetis sententia exstat in lex. Seguer. (Bekker., AG I p. 225, 29): *βῆλος ὁ οὐρανὸς βαρυτόνως*. Contra stat communis vocis usus quem scimus Aristarchum secutum esse (cf. locos Herod. supra all.; Ap. Soph. p. 51,15 B.): qui a Cratete dissentit (cf. Lehrs.[2] p. 299; Wachsmuth., l. s. s., p. 29) et in explicatione et in accentu vocis analogiam secutus (cf. Ribbach., de Aristarchi Samothracis arte grammatica, Progr. des Domgymn. zu Naumburg, 1883 p. 20 sq.) quam Crates more suo non curavit. Sed ut plane pleneque cognoscamus quaenam vis adsignanda sit huic dissensioni Cratetem inter et Aristarchum, paulo altius exspatiandum est: ex Cratetis enim de voce *ΒΗΛΟΣ* sententia sequitur in caelo eum contendisse deorum habitationem esse. Quod quam enixe strenueque Aristarchum negasse atque impugnasse omnibus notum est[1]: Homerum igitur ut semper Olympum montem deorum domicilium finxisset ita etiam in *A* 591 et *O* 23 de Olympo monte verba fecisse (cf. schol. Ariston. *A* ad *A* 593; *O* 21. 23). Quibus ex *διπλῶν* notis sequitur Aristarchum olim Cratetis hanc de *βῆλος* sententiam assidue impugnasse.[2] Cratetis vero explicationem vocis *βῆλος* arte esse conexam cum allegorica Cratetis doctrina de mundi forma apud Heraclitum Allegoretam, p. 58 Mehl., recte vidit Schrader., PIQ p. 392. Cuius Cratetis opinionis qua Homerus defenditur contra vituperium Platonis philosophi (rei publ. II p. 378 D) fundamentum Crateti

---

1) cf. Lehrs.[2] p. 164 sqq. — Quomodo hac in re iudicandum sit, docet Berger., Myth. Kosmographie der Griechen, 1904 p. 6.

2) Multas Aristarchi *διπλᾶς ἀπεριστίκτους* quas Aristonicus ad mundi formam ac naturam spectare tradidit contra Cratetis sententias cosmologicas scriptas esse alio loco monstrabimus (cf. e. g. quae ex Aristonico et Herodiano [v. Lentz. I praef. p. CLXIII. p. 194, 29] servavit Steph. Byz. s. v. *Τάρταρος*, p. 606 Mein. de Aristarchi et Cratetis diversis de Tartari apud Homerum natura doctrinis).

extorquere studet Porphyrius ad *A* 592 (Schrader., PIQ p. 19, 32) qui Homeri verba *πᾶν δ' ἦμαρ* secundum observationem Aristarcheam enodat (cf. Lehrs.[2] p. 151; schol. *BT* ad *A* 601); nonne ipse Aristarchus Crateti sic iam oblocutus est?

Sed iam statuendum est Cratetem in hac doctrina aliquatenus vestigiis institisse Agathoclis qui fuit Zenodoti Ephesii discipulus. Huius igitur auctoris memoriam ex Cratetis libro in Parmenionem Herodianum scholia Et. M. transisse recte contendit Schrader., PIQ p. 392 n. 2 et 3. Agathoclis autem verbis in scholio *B* s. cl. ad *A* 591 (Dind. III p. 82, 21) quae uberiora magisque perspicua exhibet idem scholion *B* s. cl. (Dind., ib. l. 12), cum deteriora praebeant schol. *AD* Gen. I. II. ad *A* 591, Et. M. 196, 22, comparatis cum Crateteis sequitur, ut Crates hic pariter atque in scholio versui *Σ* 239 adscripto (v. Wachsmuth., p. 26. 45 sq.) Agathoclis opinionem in usum suum converterit. Sumpsit igitur ab eo *βηλόν* summum caelum esse et item deorum domicilium; Graecanica vero originatione spreta Crates ex Chaldaeorum lingua novum huic vocis *ΒΗΛΟΣ* explicationi fundamentum ac testimonium acquisivit; quod facere potuit propter amplam et perfectam rerum peritiam quam in Homero fuisse credebat. Sed sic coactus est vocem pronuntiare *βῆλος* non ut fecerunt ceteri Graeci *βηλός*.

Neque vero dubitandum esse, quin etiam Agathoclis de stellis doctrinam Stoicis a rationibus haud alienam Crates totam suam fecerit, demonstratur Cratetis doctrinae frustulo ad prooemium Arati Latini et Germanici Phaenomenon servato (cf. Wachsm., p. 62; Maass., Ar. p. 23; Ar. interpr. rell. (= AIR) p. 176): „Crates[1] autem Jovem dictum caelum, invocatum vero merito aerem et aetherem, quod in his sint sidera.“[2] Aetherem vero Stoicos quibus Crates inserendus est summum obtinere in orbis dispositione locum censuisse notissimum est.

Hunc vero Agathoclem grammaticum quem eundem esse atque Agathoclem Cyzicenum vel Babylonium (cf. Gutschmid., op. II p. 710; Schwartz., PWRE [= Pauly-Wissowa, Realencyklopädie] I c. 758 sq.)

---

1) Sic schol. Basil., Paris., codd. Urbin., Palermit., anonym. II; Socrates perperam cod. Strozz.

2) Vide quomodo his in rebus Aristarchus se habuerit teste Eustathio ad *A* 46 (40, 28); quorum verborum partem contra Cratetem esse scriptam neminem fugiet.

nullum evidens habemus argumentum[1]) ante Cratetem vixisse certum est, cum Zenodotus Ephesius Agathoclis magister medio fere III. a. Chr. n. saeculo mortuus sit; igitur propter temporum rationem Agathocles Cratetis sententias adhibere non potuit.

Ceterum nimis confidenter Schraderus, PIQ p. 392 n. 3 ex Eustathio ad *Σ* 239 (1140, 50) conclusit Cratetem citasse Agathoclem; cum enim Eusthathium ex Porphyrianis quaestionibus ipsis versui *Σ* 239 adscriptis sua deprompsisse iam ex verborum comparatione apertum sit, incuria tantummodo Eustathii est factum, ut quae in scholiis Porphyrianis *A* ad *Σ* 239 (Schrad., PIQ p. 224, 15. 18) accurate inter se distincta leguntur apud Eustathium perturbata sint; quapropter quae re vera sunt Agathoclis nunc apud Eustathium Cratetis videntur esse. Maiore autem iure ex scholiis ad *Λ* 591 allatis colligendum est Cratetem et hic et *Σ* 239 Agathoclis opiniones adhibuisse. Recte igitur in scholio *B* s. cl. ad *Λ* 591 et in scholio Herod. *T* ad *O* 23 = Eust., 1003, 2 ante 40 diserte ad Cratetem id solum refertur, quod, cum ex Chaldaeorum lingua vocem *ΒΗΛΟΣ* explicaret, accentum mutavit; quibuscum aliis illis locis supra allatis etiam ea sunt coniuncta in quibus Crates teste scholio *B* s. cl. cum Agathocle consensit.

Cum vero his duobus locis certum sit Agathoclis memoriam per Cratetem servatam esse, utrum etiam ea quae Eustathius ad *Ξ* 398 (994, 41), ad *ε* 68 (1524, 27),[2]) ad *ε* 116 (1526, 41) de Agathoclea versus *Ξ* 398 scriptura tradidit ex Cratetis opibus olim fluxerint necne, accurate dici nequit. Qua Agathoclis scriptura eruditiorem aetatem possumus agnoscere ut recte adnotavit Ludwich., Homervulg., p. 166; Agathocles enim hoc loco doctorum virorum studiis utitur, ut Homeri verba examinentur et corrigantur; hanc igitur scripturam accipere vel afferre atque commendare ad Cratetis rationem optime quadrat. Et probabilitas inde valde augetur, quod verbis Eustathii ad *Ξ* 398 et ad *ε* 68 inter se comparatis sensus ita videtur explanandus esse, ut Agathoclis

---

[1]) Falsam igitur coniecturam protulit Schrader., PIQ p. 392 n. 2. Dubitanter hac in re se gessit Susemihl., l. s. s. I p. 345. II p. 383 et n. 186.

[2]) Quae hoc loco Eustathius affert *παλαιὰ ὑπομνήματα* intelligenda sunt scholia collatis Eustathii ad *Ξ* 398 verbis; perperam igitur coniecit Carnuth., Ariston. ad *ε* 69, p. 56.

sententiam attulerint Pergameni, i. e. Crates. Videtur igitur omnis in scholiis quam scimus memoria Agathoclis Crateti deberi.

FRAGMENTUM II

In oratione qua in carmine *Λ* Patroclum Nestor affatur de Pyliorum exercitu inest versus *Λ* 754: *τόφρα γὰρ οὖν ἑπόμεσθα ΔΙΑΣΠΙΔΕΟΣ πεδίοιο* in quo Ven. *A* Marc. 454, Paris. suppl. 1095, Florent. Laurent. 32, 3 pr. m. habent *διὰ σπιδέος, δι' ἀσπιδέος* vero Flor. ab alt. m. et reliqui libri adhuc inspecti. Eustathius vero et ipse utramque ante oculos habuit scripturam (882, 54); item Herodianus qui tamen praetulit *σπιδέος* cum Zenodoto et Ameria glossographo. Utrumque etiam Alexio novit atque iudicavit; nec tamen decernere est ausus.[1]) Apollonius vero Sophista p. 144, 3 B. legit *σπιδέος* in versu ex *Λ* 754 et 682 foede commixto. Philoxenus autem Alexandrinus legit *ἀσπιδέος* interpretatus *μικροῦ* (v. Et. Gud. c. 85, 24. 10; cf. Kleist., de Philox. arte etym., diss. Greifsw. 1865, p. 45 sqq.; Reitzenstein., Gesch. d. griech. Et. p. 180. 185); item accepit *ἀσπιδέος* Ptolemaeus Ascalonita (cf. Lentz. II p. 79, 10; Baege., de Ptol. Asc. p. 51 sq.).[1]) Aristarchus vero ipse „satis habuit varias ponere explicationes nec litem dirimere“ (cf. Lehrs.[2] p. 153). Haec autem quam vere Lehrsius dixerit forma ac ratione totius loci Herodianei perpensis magis magisque patet. Herodianus enim voce *ἐκεῖνο* sententiae primariae adiecta ad enuntiatum secundarium quasi digitum solet intendere (cf. e. g. Lentz. II p. 62, 37). In editione vero curanda ita se gessisse hoc loco Aristarchum putamus, ut verba *διασπιδέος* indistincte ederet.[2])

Atque Cratetem et ipsum hoc de loco egisse scimus ex Herodiani opibus (cf. Lentz. II p. 79, 11 sqq.) ex quibus sua sumpserunt et schol. Ven. *A* ad v. et Et. M. 271, 8 = Et. Flor. p. 87 ed. Mill. Herodianus igitur post Ptolemaei et Alexionis sententias allatas pergit sic: *ὅ τε Ἀρίσταρχος*[3]) *ἐκεῖνο ἀποφαίνεται ὡς ὅτι*[4]) *τινὲς μὲν*

---

[1]) Igitur Alexio et Ptolemaeus hic non consenserunt; perperam igitur hoc de loco iudicavit Wentzel., PWRE, s. n. I c. 1466.

[2]) Erravit igitur Duentzer., Zenod. p. 54 n. 14.

[3]) Cum ex Aristonico, p. 203 Friedl., sciamus Aristarchum propter haec vocabula *διπλῆς* notam versui adposuisse, quae Herodianus hic praebet de Aristarchi disputatione, ex Aristonici copiis sumpsit.

[4]) Ab *ὅτι* incipiunt Et. M. et Flor. Quae vero antea in codd. praeter unum *V* leguntur *Κράτης λέγει* mutilata sunt (cf. Wachsmuth.. p. 43 n.; Carnuth.,

κτλ.,[1]) *ἄλλοι δὲ κτλ.,*[2]) *οἱ δέ φασιν ἐκ πλήρους „σπιδέος“ καὶ ἀποδιδόασι „πολλοῦ καὶ μακροῦ“ · καὶ γὰρ Αἰσχύλος πολλάκις τὴν λέξιν οὕτως ἔχουσαν τίθησιν, ὅταν λέγῃ „σπίδιον μῆκος ὁδοῦ“ καὶ ὁ Ἀντίμαχος „οὐδὲ σπιδόθεν προνοῆσαι“, τουτέστι „μακρόθεν“. καὶ*[3]) *ταῦτα μὲν ὁ Ἀρίσταρχος. Κ ρ ά τ η ς δὲ*

προκρίνει τὴν διὰ τοῦ α γραφήν · καὶ Ζηνόδοτος δὲ συναινεῖ τῇ δίχα τοῦ α γραφῇ (sic Ven. *A* schol.)	*προκρίνει τὴν δίχα τοῦ α γραφὴν καὶ Ζηνόδοτος* (sic codd. Et. M. praeter *V*).

καί φησι[3]) · *„σπιδέος τοῦ ἀπόρου*[4]) *καὶ τραχέος (καί μεγάλου)*[5])“. *καὶ Ἀμερίας δὲ λέγει · „σπιδέος, τοῦ πολλοῦ καὶ εὐρέος καὶ μεγάλου.“*[6]) *κἀγὼ δὲ συγκατατίθεμαι τοῖς ἀνδράσιν · ὁρῶ γὰρ πολλὴν τὴν τοιαύτην χρῆσιν παρὰ τοῖς ἀρχαίοις.*[7])

Hunc vero locum tentavit Lehrsius, l. in n. 5. s., cum delevit *καί* in verbis *καὶ Ζηνόδοτος δέ*: quem secutus contendit Pusch., quaest. Zenod., diss. Hal. XI p. 150 particulis *καὶ — δέ* locum non esse, cum Cratetis et Zenodoti sententiae discrepent.[8]) Sed hoc modo res profligari nequit, quoniam per se patet usuque veterum clarum fit et ea quae cum praecedentibus rebus congruunt[9]) et

de Et. M. fontibus, progr. Gymn. Iever. 1876 p. 7 sq.); scribendum est <*Ἡρωδιανὸς*> *λέγει* quae debentur excerptori Herodiani. — De Herodianeo *ὡς ὅτι* = *ὅτι* vide Lehrs.[2] p. 29.

[1]) Sequitur sententia postea a Philoxeno accepta: cf. Eust. 882, 4 ante 60. 996, 23; lex. Orion. c. 29, 11 et schol. *BT* Gen. I ad v. (Dind. III p. 485,31; Maass V p. 425, 1; Nic. I p. 146, 13); Eust. 882, 58.

[2]) Hanc opinionem postea est amplexus Ptolemaeus: cf. Lentz. II p. 79, 10; adde schol. *T*; *B* Gen. I ad v. (Maass V p. 425, 3; Dind. III p. 485. 32 sq.; Nic. I p. 146, 13).

[3]) Inde a *καί* usque ad *καί φησι* verba non praebet cod. *V* Et. Magni. Cum igitur Herodiani verba minus integra hoc in codice servata sint, melius ducimus non hoc cum codice verba manca *Κράτης λέγει* omitti, sed corrigi (cf. p. 15 n. 4).

[4]) Cod. *V* Et. M. post *μακρόθεν* exhibet *σπιδέος τουτέστι τοῦ ἀπείρου κτλ.* Quod *ἀπείρου* Wachsmuth., p. 44, 1 in textum recepit vix recte; nam illo quod sequitur *τραχέος* indicatur hoc *ἀπόρου*, i. e. invii, suo loco esse.

[5]) Haec recte delevit Lehrs., Herod. scripta tria, p. 270.

[6]) cf. Apoll. Soph. p. 144, 3 B.

[7]) In scholiis ex eorum qui *σπιδέος* acceperunt sententiis servata sunt in *T* ad v.: *δίχα δὲ τοῦ α ἔνιοι „σπιδέος“.*

[8]) Pariter perperam Carnuth., l. s. s. p. 8; Heubach., quibus vocabulis artis criticae propriis usi sint Homeri scholiastae II, Progr. Eisenach. 1903, p. 12.

[9]) v. e. g. Herodiani verba ipsa; Ariston. ad *I* 404; schol. Ox. ad *Φ* 195 c. IX, 3; Porph. ad *ϑ* 59 p. 72, 5 Schr.

ea quae dissident[1]) *καὶ — δέ* particulis posse afferri, prout librarii aut *καί* aut *δέ* particulam magis premebant. Illud igitur *καί* delendum non est. Tum contenderunt contra Wachsmuthium qui affirmavit Cratetem *σπιδέος* scripsisse *δίχα τοῦ α* van Leeuwen. et da Costa., ed. Il. I p. 261, Ludwich., ed. Il. I p. 476, Pusch., l. s. s. quem secutus est Susemihl., l. s. s. II p. 16 n. 82 s. f. Cratetem scripsisse *δι᾽ ἀσπιδέος.* Ex quibus unus Puschius argumentum protulit, satis sane futtile, cum dixit difficile esse explicatu cur scholiasta exponens Cratetem et Zenodotum plane idem docuisse tanta verborum ubertate sine necessitate esset usus. Immo res ita est enodanda: scholiasta qui haec Herodianea exscripsit, satis habuit Cratetis sententiam afferre; quaenam vero verba Herodianus protulerit ex quibus posset concludi quomodo Crates sententiam quod facere debuit accurate explicaret scholiasta non magis curavit quam Et. M. auctor qui verba magis iam decurtavit. Haec igitur interciderunt; quapropter iam non mira est illa verborum ubertas. Sed mox videbimus praeter haec Cratetis verba quibus quid vellet exposuit etiam argumenta ab eo allata hic excidisse quae Crates ex poetarum usu ad sententiam stabiliendam protulerat. Wachsmuthii vero coniectura etiam eo confirmatur, quod Et. M. auctor ea quae certum est eum fusius atque explanatius apud Herodianum legisse ita in breve cogere non potuit ut fecit, nisi apud Herodianum ipsum legit *δίχα,* non *διά.* Ex ea vero re, quod Herodiani verba magis quam qui olim frustula Herodianea scholiorum Veneti *A* archetypo adscripsit etymologus decurtavit atque quae supervacua putavit omittere non est veritus, nequaquam debet concludi, quasi studio brevitatis abreptus ipse hoc *διά* in *δίχα* mutarit.[2]) Praeterea valet aliquid, quod illud *συναινεῖ* quod vertendum est „collaudat lectionem Zenodotus“ melius explicatur atque intellegitur, si quomodo iudicat Wachsmuthius Herodianus id scripsit, cum sibi ob oculos versaretur Zenodotum idem docuisse atque Cratetem modo allatum, quam si Herodianus illo *συναινεῖ* posito iam in animo habuisset se ipse infra eandem atque Zenodotus protulit doctrinam esse accepturum. Accedit vero gravissimum quo Wachsmuthii probatur sententia argumentum ex totius

[1]) cf. e. g. schol. Ariston. *HTV* ad *δ* 232; Eust. ad B 821 (353, 12).

[2]) Carnuthii opinio, l. s. s. p. 8 n. 8, secundum verba tradita defendi nequit.

loci Herodianei ratione accuratius perspecta: nam affert Herodianus primum Ptolemaeum qui *δι' ἀσπιδέος* legit; deinde sequuntur Alexio et Aristarchus rem diiudicare non ausi; tum in censum vocantur Crates Zenodotus Amerias *διὰ σπιδέος* scribentes quibus assensus est sub fine ipse Herodianus. Ex adversariis igitur per cautos cunctatores ad eos ascendit Herodianus quos suae ipsius sententiae testes potuit afferre. Quam viam ac rationem Herodianeae disquisitionis quis est qui ausit disturbare eo, quod Cratetem scripsisse *δι' ἀσπιδέος* affirmat? Scribendum igitur in scholio *A* est *τὴν δίχα τοῦ α γραφήν* cum Wachsmuthio.

Adnectamus vero de Zenodoto qui statim post Cratetem hic ab Herodiano nominatur nos Wachsmuthio non assentiri qui p. 28 dixerat esse hunc Mallotam.[1]) Contra Zenodotum hunc esse Ephesium putamus (cf. Duentzer., l. s. s. p. 30. 54; Pusch., l. s. s. p. 152. 195 sq.): constat enim Herodianum quantum scimus ex indice, s. n. (Lentz. II, 2 c. 1215 b) numquam mentionem iniecisse Zenodoti Mallotae cuius memoria tunc paene erat obruta, sed semper Ephesii. Herodianum vero propterea Zenodoti Ephesii sententiam protulisse opinamur, ut, quod a cauta Aristarchi ratione abiret et cum Aristarchi adversario Cratete faceret, testem sententiae suae haberet Cratete meliorem. Igitur et hic Zenodotus ut apud Herodianum fieri assolet contra Aristarchum ab eo allatus est.[2])

Herodianus vero ad sententiam suam admotus est veterum dicendi consuetudine: qua ex re sequitur eos quos auctores habuit Herodianus attulisse veterum exempla; hi igitur auctores cum illis de quibus Aristarchus tertio loco iam meminerat coniungendi sunt. Accedit, quod vocis *σπιδέος* explicatio quam profert Amerias cum illa apud Aristarchum obvia valde consentit. Cum vero Zenodotus hic curandus non sit, propter explicationes oppido similes putamus Aristarchum Ameriam vel, quod quando vixerit glossographus hic accurate notum non est (cf. L. Cohn., PWRE, s. v. I c. 1827, 39;[3]) aliter autem iudicavit Susemihl., l. s. s. II p. 190), illius auctores

[1]) Wachsmuthii vestigia pressit Balsamo, l. s. s.; sed argumenta non protulit.

[2]) Aristarchus igitur etiam hic contra Zenodotum adhibuit *διπλῆν περιεστιγμένην* cuius nec signum in *A* neque explicatio Aristonicea in scholiis aetatem tulerunt.

[3]) Cohni argumenta quibus admotus est, ut Ameriam antiquis glossographis insereret, parvi sunt pretii.

ob oculos habuisse, cum haec scripsit. In eis vero quos hic Aristarchus attulit etiam Cratetem fuisse etsi nullum habemus planum atque evidens argumentum quo probari possit, tamen haud improbabile esse inde efficitur, quod aliis locis Aristarchus teste Aristonico Cratetis curavit opiniones, quod Crates eandem atque Amerias praebet sententiam, quod argumenta ex aliorum poetarum usu ad Homericam dicendi rationem explicandam Crates proferre solet. Sed hoc ex Herodiani verbis elucet qui de **m u l t i s** huius vocis exemplis apud grammaticos quos ipse sequitur allatis fecit verba hos plura exempla quam illa duo quae etiamnunc exstant olim adhibuisse. Ergo etiam quae Crates protulit olim exempla in lacuna post Cratetis sententiam in frustulis Herodianeis hodie traditis statuenda intercidisse certum est.

Unde vero Herodianus Crateteae sententiae notitiam ceperit, nequit perspici. Sed Cratetem hanc scripturam olim in libro critico et exegetico comprobasse ex verbis Herodianeis ipsis intellegitur.

Ceterum quamquam ne hodie quidem de hac voce quae sufficere possint prolata sunt (cf. Leaf. I² p. 517), commendatur tamen Cratetis scriptura eo, quod poetae vetustiores atque Homeri imitatores *σπιδέος* accipiebant.

FRAGMENTUM III

Apollo ut castrorum navalium Graecorum murum deleat omnes Troicos fluvios coniunxisse narratur a poeta qui pergit *M* 25: *ἐννῆμαρ δ' ἐς τεῖχος ἵει ῥόον.* *ἐννῆμαρ* vero omnes libri exhibent praeter Paris. 2766 in quo legitur *ἐνῆμαρ* errore ut videtur librarii legitque in codice suo Eustathius 890, 35. Eandem scripturam praebent Porphyrius ad *M* 10 (Schrad., PIQ p. 172, 31) et Herodianus (cf. Lentz. II p. 80, 29).

Hunc autem versum in numero problematum Homericorum habendum esse de quibus saepe Homeri interpretes disseruerunt testatur Porphyrius (Schrad., PIQ p. 174, 31) quocum loco componenda sunt quae uberiora codex *B* Porphyriana ab altera manu altera ex recensione Porphyrii copiarum (cf. Schrad., ib. p. 445) exscripta exhibet (Schrad. p. 174, 13): *διὰ τί τὸ τεῖχος οἱ μὲν 'Αχαιοὶ μιᾷ ἡμέρᾳ ἐποίησαν, ὁ δὲ 'Απόλλων καὶ ὁ Ποσειδῶν ἐννέα ἡμέραις κατέβαλον;*

ἄλογον γὰρ τὸ μέν ⟨φησι⟩[1]) *χαλεπώτερον ῥᾳδίως τοὺς ἀνθρώπους ποιῆσαι, τὸ δὲ ῥᾷον,*[2]) *τὸ καταβαλεῖν, τοῦ οἰκοδομῆσαι τοὺς θεοὺς μόλις.* (p. 174, 13.)	*ἄλογον τοὺς μὲν ἀνθρώπους ποιῆσαι μιᾷ ἡμέρᾳ τὸ τεῖχος, τοὺς δὲ θεοὺς ἐννέα ἡμέραις καθελεῖν.* (p. 174, 31.)

Atque erant qui mutarent verba Homeri, ut huius versus quaestionem solverent: *οἱ δὲ δασύνουσιν* (i. e. *ἑνῆμαρ*), *ἵν᾿ ᾖ ἓν ἦμαρ* (Porph., ib. p. 174, 33). Hi qui fuerint ex ipso Porphyrio clarum (cf. ex codice *B* p. 174, 27): *Καλλίστρατος δὲ ἠξίου „ἓν δ᾿ ἦμαρ ἐς τεῖχος" γράφειν δασύνοντας*[3]) *τὸ „ἓν", ἐπεὶ μηδέποτε καθ᾿ ἑαυτὸ τὸ „ἐννῆμαρ" ὁ ποιητὴς εἴρηκεν, ἀλλὰ πάντως ἐπάγων τὴν δεκάτην* (e. g. *A* 53 sq.). Videmus ergo Callistratum Aristophaneum non propter illam quaestionem Homeri verba mutasse, sed commotum studiis quae subierat de dicendi ratione Homerica.

Aliter autem Crates se gessit cuius memoriam quod iam miro verborum consensu apertum fit Eustathius ad v. (890, 35) sumpsit ex Porphyrii opibus quas pleniores ante oculos eum habuisse certum est (cf. Schrad., PIQ p. 457 sqq. 463). Atque coniungenda sunt eiusdem doctrinae frustula in schol. *A* Gen. II ad v.

Eust. ex Porphyrio:	schol. *A* Gen. II:
τὸ δὲ „ἐννῆμάρ" τινες δι᾿ ἑνὸς γράφουσι ν καὶ δασύνουσι⟨ν⟩. ὧν καὶ ὁ Μαλλώτης Κράτης ἐστὶν ἤγουν ὁ ἀπὸ Μάλλου πόλεως· ὡς ἄτοπον ὄν[7]) *φησιν Ἕλληνας μὲν τὸ τεῖχος ἡμέρᾳ μιᾷ κτίσαι, ὡς προιστόρηται* (*Η* 433 sq.), *Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ποσειδῶνα καὶ Δία δι᾿ ἐννέα ἡμερῶν ἀφανίσαι αὐτό.*[1])	*ἐννῆμαρ]*[4]) . . *ἔνιοι δὲ δασέως καὶ διὰ τοῦ ἑνὸς ν ἀναγινώσκουσιν „ἑνῆμαρ",*[5]) *ἵν᾿ ᾖ „μιᾷ ἡμέρᾳ", ὥςτε ⟨μὴ⟩ μειοῦσθαι*[6]) *τὴν τῶν θεῶν δύναμιν, μὴ δυνηθέντων στρέψαι, λόγῳ. θᾶττον δὲ ὑπὸ* (deteriora Gen. II) *τῶν Ἑλλήνων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ γεγονός.*

1) *γάρ* repetivit perperam codex quod delevit Villoisson.; *φησι* propter verba Eustathii statim afferenda correximus. Sunt enim haec verba quae olim Crates scripsit.

2) *ῥᾷδιον* cod.; corr. Bekker.

3) Kammeri coniectura *δασύνων* necessaria non est.

4) Quae verba breviora leguntur in cod. Leid. fol. 253 a secundum Schraderum, PIQ p. 174 n. ad l. 27; cf. schol. *T* ad v.: *ἐννῆμαρ] οἱ μὲν „ἑνῆμαρ"* (*ἓν ἦμαρ* cod. perperam).

5) Codd. *ἓν ἦμαρ* quod falsum est et teste Eustathio et quod qui duo fecerat verba ut Callistratus etiam *δέ* particulam debuit transferre. Quapropter Ludwich., AHTK I p. 337, 30; ed. Il. I p. 484 Cratetem scripsisse *ἓν ἦμαρ* falso contendit.

6) *ὥςτε μηνιοῦσθαι A*; *ὥςτε μειοῦσθαι* Gen. et alii codd. sec. Dind. I p. 416 n. ad l. 10; corr. ibid. Dindorf.

7) Useneri correctura *ὅς* pro *ὡς* (cf. Wachsm. p. 44 n. ad v. 5) necessaria non est; perperam omisit Wachsm. *ὄν*.

Liquido ergo apparet Cratetem scripsisse *ἑνῆμαρ.*[2]) Omnis vero Cratetis memoria et in scholiis et apud Eustathium ex Porphyrii quaestionum libro nostro quidem iudicio promanavit[3]) qui unde sua deprompserit apertum non est; fortasse hic cum Schradero faciendum est qui Cratetis sententias Porphyrium ex corpore Stoico collectaneo derivasse affirmavit (PIQ p. 405).

Crates igitur qui hanc in hoc versu quaestionem tractandam suscepit — num primus moverit dispici nequit — eam simplicissime solvere est conatus lenissima mutatione elementorum quae erant tradita: pro *ΕΝΝΗΜΑΡ* enim „per novem dies" postulavit, ut scriberetur *ΕΝΗΜΑΡ* „per unum diem" quod uno tenore scribendum censuit. Hoc vero nihil refert spiritus diversos esse, cum in his ponendis grammatici tum arbitrium suum sequi potuerint.

FRAGMENTUM IV

Disceptabant viri docti veteres de interpretatione versuum *Ξ* 30 sqq.: *πολλὸν γάρ ῥ᾿ ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες | θῖν᾿ ἔφ᾿ ἁλὸς πολιῆς· τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε | εἴρυσαν, αὐτὰρ τεῖχος ἐπὶ ΠΡΥΜΝΗΙΣΙΝ ἔδειμαν.* Quibus de Homeri verbis d u a e tantum interpretationes possunt excogitari (cf. Leaf., ed. Il. II² p. 66 sq.): verbis enim *τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε | εἴρυσαν* indicavit poeta aut n a v e s D i o m e d i s U l i x i s A g a m e m n o n i s; quas primas e mari in terram Graeci traxissent haud procul a l i t o r e, cum murum moliti essent post naves extremas longissimeque a mari distantes. Aut Homerus cum illa verba scripsit cogitavit de a l i o r u m G r a e c o r u m n a v i g i i s quae in t e r r a posita sunt prima quorumque post puppes murus

1) Eustathius addidit: *ἀνατρέπονται δὲ ὑπὸ τῶν παλαιῶν πολλαχῶς οἱ οὕτω γράψαντες*; quae verba dilucide spectant Porphyrium qui alias IV adscripsit hic explicationes.

2) Qua ratione Crates de metro iudicarit ignotum; sed hac de re ne quaesivisse quidem eum censemus. Igitur etiam hac in re quam fuerint maiore cura ac diligentia Alexandrini ex Callistrati doctrina patet.

3) Perperam igitur contendit Ludwichius, AHTK I p. 337, 25 indicari scholio *A* apud Didymum Cratetem et Callistratum fuisse commemoratos.

ubi nunc decertatur exstructus erat; quapropter esset statuendum h a s naves primas medio fere in campo longissimeque a mari esse.[1]) Quarum litium cardo una in voce *ΠΡΥΜΝΗΙΣΙΝ* versatur quam posse per se explicari et *πρυμνῇσιν*, i. e. extremis, et *πρύμνησιν*, scil. puppibus, iam veteres docti viri cognoverunt.

Omnes vero codices solo Genavensi excepto qui librarii videlicet errore habet *πρύμνοισιν* cum praebeant *πρύμνησιν*, vulgata lectione altera probatur interpretatio qua de modo diximus.

Iam ex Herodianeis deliberanda sunt quae hac in re statuerit C r a t e s:

schol. Her. *A* ad *Ξ* 32 (Lentz. II p. 88, 36): *προπαροξυτονητέον τὸ „πρύμνησιν“* (cf. Lentz. I p. 326, 28).	schol. *BT* ad v.: *„πρύμνησιν“ οὖν „ταῖς πρύμναις“ · καὶ ἔστιν ἡ* (haec duo verba om. *T*) *„ἐπί“ ἀντὶ τῆς „παρά“*[2]) · *„ἀλλ᾽ ἔρχεσθ᾽ ἐπὶ νηυσίν“*[3]) *ἀντὶ τοῦ „παρὰ ναυσίν“* (ab *ἀλλ᾽* om. B).
Κ ρ ά τ η ς μέντοι προπερισπᾷ, ἀκούων „ἐπὶ ταῖς ἐσχάταις“,[4]) *πλανηθεὶς ἐκ τοῦ „τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε | εἴρυσαν . . .“ ἀγνοεῖ δὲ ⟨ὁ Κράτης⟩, ὅτι ὁ ποιητὴς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ „πρυμνόν“ οὐ τίθησιν ἐπὶ διεστῶτος σώματος, ἀλλ᾽ ἐπὶ ἡνωμένου* (*E* 339. 292; *M* 149).	*οὐ δύναται δὲ „ταῖς ἐσχάταις“ · οὐ γὰρ „πρυμνόν“ ἄλλο ἄλλου, ἀλλ᾽ αὐτὸ ἑαυτοῦ* (*Π* 314).

Quibus ex verbis sequitur, ut Crates priorem illam interpretationem versuum *Ξ* 30 sqq. acceperit commotus nempe poetae verbis *τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε | εἴρυσαν* quod Cratetis excusandi causa Herodianus ex ipsis Cratetis verbis affert. Igitur secundum Cratetem navigia regum Diomedis Ulixisque et Agamemnonis prima e mari tracta haud longe absunt ab ora maritima, cum murus medio in campo constructus sit post naves extremas. Herodianus vero Cratetem in eo vituperat, quod Homeri dicendi consuetudinem parum perscrutatus nesciat maximam partem poetam *πρυμνός*

---

1) Hoc affirmavit nuper W. Ribbeck., mus. Rhen. XXXV p. 617.

2) Hoc commemorare Aristarchi est: cf. Lehrs., quaest. epic. p. 87; Friedlaender., Ariston. p. 27 sq.

3) Unde sumptus sit hic versus ab Homero alienus non agnoscimus.

4) cf. scholia *BT* ad v.: *πρύμνησιν] τινὲς προπεριέσπασαν* (— *περισπάσαντες T*) *„ἐσχάταις“ ἐκδεχόμενοι* (*ἐξεδέξαντο T*), *οὐχ ὑγιῶς.*

vocem aliter atque Crates hic voluerit adhibere. Rem autem Herodiano non prorsus fuisse certam ex eo apparet, quod verba *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ* addidit ut arbitramur ipse quae codex Ven. *A* fidissimus Herodianeae doctrinae testis servavit solus. Si ergo Herodianus etiam hic Aristarchi magis auctoritatem secutum esse opinamur quam causas argumentaque, nemo erit qui repugnet, praesertim cum et illo enuntiato *καὶ ἔστιν κτλ.* (v. p. 22 n. 2) et illa sententia quam de navium Graecorum castris Aristarchum habuisse notum est (Lehrs.[2] p. 224 sqq.) et ea doctrina qua Aristarchum verbum *πρῶτος* idem atque *ἄκρος*, i. e. anticam alicuius rei partem, interpretatum esse scimus (cf. Lehrs.[2] p. 146. 225 s. f.; adde Apoll. Soph. p. 136, 28 B.; Et. M. 693, 6) haec opinio ita stabiliatur, ut pro certa habenda sit. Videmus ergo Cratetem et Aristarchum etiam hac in re adversarios fuisse neque dubitandum est, quin *διπλῶν* notis ab Aristonico explicatis olim haec dissensio signata ac monstrata sit. Fortasse igitur Herodianus sua ipsi debet Aristonico. Certum vero est Aristarchum dicendi ratione Homeri strenue observata alteram secutum esse versuum interpretationem quam supra protulimus.

Ut vero de coryphaeorum sententiis iudicium feramus, scriptura *πρυμνῇσιν* Cratetem felicius quaestionem solvisse quam Aristarchum contendimus: nam primum quidem versibus *I* 43 et *Ξ* 75 Cratetis doctrina confirmatur; deinde cum rebus ipsis haec sententia melius congruit; tum si cum Aristarcho facias, in versu *Ξ* 31 exspectatur *τὰς δέ*, non *τὰς γάρ*; denique Herodianus ipse ultimum quod obstat impedimentum tollit, cum dicit *ὡς ἐπὶ τὸ πολύ*: igitur ipse concessit hunc quem statuit Crates vocabuli *πρυμνῇσιν* usum non prorsus falsum esse. Ergo hoc loco cum Cratete faciendum est.

Sed cum haec quaestio de voce *ΠΡΥΜΝΗΙΣΙΝ* scribenda et interpretanda artissime sit coniuncta cum disquisitione difficillima qua ratione quoque ordine in Graecorum castris navalibus navigia fuerint disposita, ad hanc rem quae magis ad studia Cratetis exegetica spectat hic diligentius nobis est adeundum, ut quae Crates his de castris censuerit accuratius ac rectius quam ut faceret Wachsmuthio contigerit nunc appareat. Exordium vero capiendum est ab Aristarchi hac de re doctrina qui in libro quem *περὶ ναυστάθμου* scripsit tabula addita naves positas esse contendit serie semicirculata u n a (cf. schol. Ariston. *ABTD* et Eust. ad

Ξ 35 [adde Ps. Zon., c. 1254; Et. M. 540, 40 = Et. Flor. p. 196 ed. Mill.; Et. Gud. 348, 43. 65];[1]) schol. Ariston. *A* ad *Λ* 6; *T* ad *Λ* 5);[2]) quarum puppes in terram, quarum partes priores in mare versus convertisse Graecos; murum autem et fossam quae ducta esse rectae lineae instar Aristarchum putasse ex eius interpretatione vocis *πρῶτος* in versibus *Ξ* 32. 75. *O* 653. 656 probabile est post navium posteriores partes esse exstructa (cf. schol. Ariston. *ABT* ad *O* 385).[3]) Itaque demonstratum est alteram quam supra protulimus horum Homeri versuum interpretationem secutum esse Aristarchum; qua de causa accentum *πρύμνησιν* scripsit; quapropter confirmatur quod supra alia via demonstravimus Herodianum hac in re Aristarchi vestigiis institisse.

Aristarchum vero in accentu et explicatione verbi *πρύμνησιν* secutus est etiam Heracleo grammaticus ex vico Tiloti Aegyptico oriundus qui quo vixerit tempore quoque vinculo cum Pergamenorum secta coniungendus sit nondum constat (cf. Susemihl. II p. 20 sqq.); inspice schol. *BT* ad *Ξ* 32; Eust. ad *Ξ* 75 (968, 24), ad *Ξ* 32 (965, 19—30, 30 sqq.: *ἃς καὶ πρώτας — πρὸς τῇ θαλάσσῃ; ὅτι δὲ καὶ — πρὸς τῷ τείχει*). Opinionem igitur de Graecorum castris navalibus Aristarcheam Heracleo non accepit propterea nempe, quod hac doctrina comprobata differentia quae inter *πρώτας ναῦς* in maris litore positas versus *Ξ* 75 et has *πρώτας ναῦς* versus *Ξ* 31 ad murum subductas re vera est apte nequit solvi.[4]) Statuit igitur, fortasse alio ab auctore hac in re commotus, cum utroque illo loco naves quas constat diversissimis locis esse primas Homerus adpellaret, si non plures, tamen duos ordines navigiorum

---

[1]) Ad studia vero Aristarchi Herodotea (cf. Grenfell. et Hunt., Amherst Pap. II p. 3 sq.) referenda sunt quae leguntur de *προκρόσσαις* (cf. Herodot. VII, 188) in Et. M. 689, 26 = Et. Flor. p. 254 ed. Mill.; lex. Orion., c. 134, 34; Ps. Zon., c. 1579; Eust. 965, 36; Hesych., Suid., s. v. Melius igitur dixisset Forsman., de Aristarcho Apoll. lex. Hom. fonte, 1885, p. 117, haec non pertinere ad studia Aristarchi Homerica.

[2]) Aristarcheis igitur non sunt inserenda schol. *BT* ad *Ξ* 28 quorum auctor duas navium series Homerum in animo habuisse putavit.

[3]) De Aristarchi hac doctrina v. Lehrs.[2] p. 224 sqq.; W. Ribbeck., l. s. s., p. 615.

[4]) Testimonium Aristarchi hoc de discrimine sententiae exstat in scholio Gen. II ad *Ξ* 75: *ἐν τῇ ἀρχῇ αἱ ἄκραι*; igitur et has et illas naves *πρώτας* nominare potuisse Homerum censuit Aristarchus, quod *πρῶτος* pro *ἄκρος* poeta adhiberet. Quae doctrina mira sane est.

poetam in animo habuisse. Sed iam ad Cratetis et Autochthonis sententias arte inter se coniunctas transeundum est: considera enim haec:

schol. *BT* ad *Ξ* 31: *ὅτι οὐκ ἐν διστιχίᾳ (διτιχίᾳ T; διστοιχίᾳ* Lips.*) ἦσαν, ὥς φησι Κράτης. εἶπε γὰρ ἂν „προτέρας“ · καὶ „νεῶν μὲν ἐχώρησαν καὶ ἀνάγκη | τῶν προτέρων“ (T; πρωτέων B) (O* 655 sq.*)*.[2]) *ἔστι δὲ τὸ „πρώτας“ (ὁ πρῶτος B) τῶν πρός τι καί εἰσι „πρῶται“ μὲν αἱ πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκημέναι — ἑξῆς γοῦν φησί · „νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης“ (Ξ 75)*[3]) —, *„ἔσχαται“ δὲ αἱ πρὸς τῷ τείχει · αἱ δὲ τοῦ Ἀγαμέμνονος νῆες πᾶσαι πρὸς τῇ θαλάσσῃ ἦσαν, ὥς πού (I 43) φησιν ὁ Διομήδης · „νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης“ · οὕτως Αὐτόχθων.*[5])

καὶ ὁ μὲν (i. e. Autochtho) *τὸ „πρύμνησιν“ ἀντὶ τοῦ „ἐσχάταις“*.

Eust. 965, 37: *ὁ μέντοι Κράτης οὐκ ἐν διστίχῳ φησὶν εἶναι τὰς ναῦς.*[1])

Eust. 965, 30: *ἦσαν λοιπὸν αἱ μὲν τῶν νεῶν νενεωλκημέναι μακρὰν τῆς μάχης „θῖνα ἐφ᾽ ἁλὸς πολιῆς“ (Ξ 31), ἔνθα καὶ αἱ τοῦ βασιλέως, ὡς δηλοῖ καὶ τὸ „νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης“ (I 43). ἄλλαι δὲ ἵσταντο πορρωτέρω τῆς θινὸς ἑλκυσθεῖσαι εἰς τὸ πεδίον καὶ οὖσαι πρὸς τῷ τείχει*[4]) . . . *μεταξὺ δὲ τῶν δύο τούτων στίχων αἱ σκηναί, τὰ ἱπποστάσια, οἱ βωμοί, αἱ ἀγοραὶ καὶ εἴ τι τοιοῦτον.*

Autochtho igitur eandem versuum *Ξ* 30 sqq. interpretationem atque Crates, priorem scilicet quam supra attulimus, accepit. Cum vero secundum Autochthonem versu *Ξ* 30 verbum *ἀνιόντες* versus *Ξ* 28 explicetur (cf. schol. *BT* ad *Ξ* 30), naves e. g. Agamemnonis in maris litore iaceant necesse est, cum *πρῶται* nominentur; quod

---

[1]) Sequuntur verba mira: *ὅπως δὲ τοῦτο κατασκευάζει, περιττὸν ἐκθέσθαι.*

[2]) cf. schol. interlin. *T* ad *O* 654: *πρῶται] εἰ ἦν διστιχία* (cod. *δυστυχία*), *„πρότεραι“ ἂν* (cod. *προτεραίαν*) *εἶπεν.*

[3]) Adversarius quidam Autochthonis sententiae hoc testimonium aliter interpungendo tollere est conatus: cf. schol. Nicanor. *A* ad *Ξ* 75 (Friedlaend., Nican. p. 229).

[4]) Haec statim post Heracleonea repetit Eust. sic: *ἑτέρως* (i. e. aliter atque Heracleo censuit) *μέντοι „πρῶται“ μέν εἰσιν αἱ ἄγχι τῆς θαλάσσης, „ἔσχαται“ δὲ αἱ τοῦ τείχους ἐγγύς.*

[5]) *οὕτ. Αὐτ.* om. *B* ubi subsequuntur *τὸ δὲ „πρυμνῆσιν“ ἀντὶ τοῦ „ἐσχάταις“* sine nomine auctoris.

demonstratur versu *I* 43.[1]) Hoc vero argumentum Autochthonem ex Cratetis verbis suum in usum convertisse suspicari optime licet. Illo autem ἔστι δὲ τὸ „πρώτας“ τῶν πρός τι indicatur eum duos navium ordines putasse quod comprobatur verbis Eustathii testis sane haud gravis. Inter quas duas navigiorum series Graecorum tentoria stabula forum erant. Iam quaerendum est, hancne doctrinam Autochtho quem Cratetis sententiam attulisse hic et propter parem opinionem et ex forma scholiorum certum est totam atque immutatam an aliqua ex parte excultam et commutatam Crateti debuerit. Quamvis enim certum sit Cratetem in libro suo adnotasse Graecos secundum Homerum naves ἐν στίχοις disposuisse quorum primus ut Agamemnonis navigia in maris litore, extremus ad murum et fossam medioque in campo fuisset, quaestio est gravissima, utrum Crates duas item atque Autochtho postea series navium fuisse affirmarit an aliter castra disposuerit. Illud enim etsi Eustathii verbis diserte negatur, tamen cavendum est, ne quis solum Eustathium sequatur: nam quia Eustathius persimili usus fonte ac nos hodie quibusdam in rebus nimirum uberiore haec pronuntiavit, verba vero in scholiis de Cratetis doctrina sunt ambigua, fieri potest, ut Eustathius in eis quae de Cratete protulit auctorem suum falso intellexerit quod recte monet Wachsmuth. p. 28; neque eo quaestio profligatur, quod ex verbis ὅπως δὲ ταῦτα κτλ. (cf. p. 25 n. 1) videtur apparere Eustathii fontem etiam in afferenda Cratetis doctrina multo fuisse uberiorem: quae verba ipsum Eustathium addidisse pro eius natura (cf. Schwabe., Atticistarum frg. p. 13 sqq.) veri est similius quam censere eum Cratetis doctrinam quam auctor exhibuit suo omisisse Marte; causa vero addendi ei erat, quod nil amplius de Cratete quam nos hodie in scholiis legit. Sic igitur ex E u s t a t h i i verbis ne id quidem certum est Cratetem in libro suo his de rebus accuratius verba fecisse. Itaque ex scholiorum *BT* primis enuntiatis iudicandum est; quae qui auctores scripserint accurate debet examinari.

Priusquam vero ad hanc rem adimus, nonnulla dicenda sunt de verbis ἔστι δὲ τὸ „πρώτας“ τῶν πρός τι. Cum enim fieri non possit, ut talis his insit significatio qua indicetur vocem πρῶτος semper de loco quodam intellegendam esse ad quem quid primum sit, hoc πρός τι vocabulum est artis quale noverunt Aristoteles,

[1]) Hunc versum non recte intellexit W. Ribbeck. p. 617.

cat. IV, 1 B 29 — 2 A 1, Stoici,[1]) Dionysius Thrax p. 35, 3 Uhl.[2]) Hoc vero loco haec artis notio sic est intellegenda ut eam Dionysius Thrax adhibebat. Qui igitur scriptura πρυμνῆσιν refutata relationem quae inter πρῶτος et πρυμνός in versibus Ξ 31 sq. insit necesse est tollit, efficit, ut etiam vox πρῶτος inanis sit.

Scholia vero *BT* tribus modis possunt explicari: Cum enim scholion incipiatur verbis Αὐτόχθων λέγει, Autochtho contra Cratetem qui duas fuisse navium series putaverit videtur pugnasse ea de causa, quod, si hoc voluisset Homerus, προτέρας et hic et *O* 656 debebat dicere. Quam sententiam Wachsmuth. p. 28 sq. professus est qui „et reapse et Herodiani ad Ξ 32 adnotatione“ eam demonstrari affirmavit. Sed primum ex Herodiani verbis hac quidem de re nil sequitur: eadem enim scripsisset Herodianus necesse erat, et si Crates τὴν τῶν νεῶν διστιχίαν defendisset et si contrarium voluisset. Tum etiam ex re ipsa nil certum effici potest: nam πρώτας et ἐσχάτας ναῦς censuisse Cratetem pro certo sane est quas Autochtho in duas disposuit series. Sed ad pervidendum quid Crates hac de dispositione cogitarit cum propter scholiorum *BT* obscuritatem prorsus caligemus, periculum est, ne qui ex ipsa re quid efficere vult testimonium id adhibeat quod demonstrandum demum erit. Denique si Autochthonem Cratetis de duobus navium ordinibus doctrinam aggressum esse cum Wachsmuthio statuimus verbis illis εἶπε γὰρ ἂν „προτέρας“ κτλ., nequit intellegi qui Autochtho his possit addere ἔστι δὲ κτλ. quae certe Autochthonis sunt. Altera vero ratione verba scholiorum sic possunt intellegi: Αὐτόχθων λέγει, ut Crates arbitratus est, naves non fuisse ἐν διστιχίᾳ;[3]) quod si Homerus voluisset, προτέρας pro πρώτας dixisset. Sed contra Cratetem Autochtho illam navium διστιχίαν accepit commotus voce πρώτας ut ita dicamus relativa. Ad quam explicationem optime quadrat, quod verba quae Autochtho sic contra Cratetem scripsit ἔστι δὲ τὸ „πρώτας“ τῶν πρός τι cum Dionysii Thracis disciplina ac ratione coniungenda sunt. Nam Autochthonem quippe quem Aristarchi sententias optime novisse ac saepe accepisse certum sit (cf. schol.

[1]) cf. Zeller. III, 1³ p. 101 sq.; Ritter-Preller., hist. philos. Gr., ⁸ Wellmann. p. 405.

[2]) cf. interpretes eius: Hilgard., gramat. Gr. III: schol. in Dion. art. gram., indic. s. v. πρός τι, p. 631.

[3]) Sic rem intellexit contra Heynium Spitzner., ed. II., 1835, I, 3 ad l. p. 87 sq.

BT ad *Δ* 132; schol. *BT* ad *Υ* 270 [cf. Eust. 1207, 41]; schol. *BT* ad *I* 132)[1]) Aristarcheos studiose spectare, etiamsi cum Cratete aliquatenus consentit, probabile est. Denique hac cum interpretatione consentit Eustathius. Sed tertia etiam potest proferri scholiorum explicatio: nam suppleri etiam possunt ⟨x *λέγει*⟩ *ὅτι κτλ.* Ignotus igitur aliquis sententiam a Cratete de duobus navigiorum ordinibus acceptam impugnaverat dixeratque sententia Cratetis comprobata *πρώτας* non posse legi, sed Homerum hic et *O* 656 *πρότερος* vocem opus esse adhibere. Contra quem Cratetis doctrinam Autochtho defendit qui qua causa Cratetem excusaret ex Aristarcheorum disciplina sibi sumpsit cui et adversarius ipse videtur addictus fuisse. Atque hanc sententiam acceperunt Lehrs.[2] p. 225 et Friedlaender., Ariston. ad *Ξ* 32 p. 228 qui hunc Cratetis adversarium Aristarchum fuisse ipsum contenderunt. Quod secundum ea quae supra nosmet ipsi de Cratetis et Aristarchi hac in re discrimine protulimus fieri posse nemo est qui recuset. Praeterea optime re vera licet suspicari verba *εἶπε γὰρ ἂν „προτέρας“* esse Aristarchi qui quantopere contenderit iam Homeri temporibus in lingua fixis legibus omnia coerceri notissimum est.[2]) Quamquam hi docti viri confidentiores erant, quod illo *ὅτι* vocabulo solo usus tamquam argumento haec verba Aristonico certe attribuere nemo potest; tum quomodo et Heracleonis et Autochthonis sententiae tam arte coniunctae esse possint cum Aristoniceis verbis difficile est intellectu. Tamen esse quae abiecta ac deposita hac Lehrsii de Aristonico horum verborum auctore sententia hanc scholiorum explicationem adiuvent nemo est qui non videat (cf. schol. *T* interlin. ad *O* 654 p. 25 n. 2 exscriptum).

Itaque quod summi est momenti, quoniam Wachsmuthius hac de re perperam iudicavit, praeter ea quae supra p. 26 diximus pronuntiari non potest quam formam Graecorum navalium castrorum Crates docuerit, cum nequeat demonstrari eum censuisse naves Graecorum *ἐν διστίχῳ* fuisse. Igitur etiam de verbis scholiorum *BT εἶπε γὰρ ἂν „προτέρας“ · καὶ „νεῶν — προτέρων“ (T*; *πρωτέων B)*[3]) cuius sint auctoris certum iudicium proferri nequit.

---

[1]) Falso igitur de scholii *T* nomine iudicavit Ludwich., AHTK I p. 301, 3.

[2]) cf. Ammonium vel potius Herennium Philonem qui Aristarcheorum opes adhibebat, 120; eadem mutilata praebet Et. Gud. c. 481, 62.

[3]) *προτέρων* tantummodo scribendum est, si supplentur *καὶ* <*εἶπεν ἄν*>: adversarius igitur navium *διστιχίας* unum novit in *O* 656 *πρωτέων*; aliter auctores posteriores etiam *προτέρων* legerunt (cf. schol. *A* Eust. ad *O* 656 et scripturam cod. Gen.). Falsa igitur protulere La Roche. in ed. Il. II, ad v. p. 95; Lehrs. et Friedlaender., l. s. s.; Wachsmuth. p. 29 n. 1; Ludwich. apud Lehrs.[3] p. 122 n. 138 b.

Iam tractandum est gravissimum

FRAGMENTUM V

quo apertum est Cratetem totum versum legisse quem Aristarchus non habuit neque probavit. Exponit enim Plutarchus, *περὶ τοῦ προσώπου τῆς σελήνης* 938 D nonnulla de terra cuius maxima pars fluctibus magni maris tegatur; quam ad doctrinam stabiliendam Plutarchus affert versum Homericum quem sane Aristarchus non legit: *ἀλλὰ σύ, τὸν Ἀρίσταρχον ἀγαπῶν ἀεὶ καὶ θαυμάζων, οὐκ ἀκούεις Κράτητος ἀναγινώσκοντος · „Ὠκεανὸς ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται | ἀνδράσιν ἠδὲ θεοῖς πλείστην* ⟨*τ'*⟩ *ἐπὶ γαῖαν ἵησιν“* (*Ξ* 246). Plutarchus hos versus citavit ita, ut more Graecorum scriptorum (cf. Ludwich., Homervulgata p. 134) nullo modo respiceret quo vinculo cum versibus qui praecedunt sint coniungendi. Sic igitur et *Ὠκεανός* scripsit pro *Ὠκεανοῦ* et omisit illud *τ'* quod inserendum est ex cogitationum conexu quo indicatur duo Oceano esse propria inter se non repugnantia. Denique Plutarchi codicum *ἥσιν* in *ἵησιν* mutandum adparet ex versu Odyssiae persimili *λ* 239 (cf. etiam *Φ* 158). Notandum vero est huius versus a Cratete comprobati unicum testem esse Plutarchum: nihil igitur potest proferri unde huius versus notitiam Plutarchus habuerit; nam Didymum hunc versum attulisse (cf. Ludwich., AHTK I p. 48 sq.) nullo argumento potest probari. Atque ne hoc quidem certum est, Aristarchus contra hunc Cratetis versum diserte pugnarit an de eo tacuerit; illud vero ex Plutarchi verbis quae exscripsimus effici potest. Accedit, quod Aristarchum de Oceano Homerico sententiam toto caelo a Cratetis opinione diversam protulisse scimus (cf. Lehrs.[2] p. 174; Wachsmuth. p. 23 sq.; cf. infra p. 49) atque Aristarchum diserte versum qui pro rei natura Crateti in stabilienda sua de Oceano doctrina gravissimus esse debuit impugnasse credendum est.

Sed iam quaeramus quid de origine huius versus et unde Crates eum habuerit sit statuendum. Versum autem Homericum non esse, sed postea additum inde adparet, quod apud Homerum (cf. *Ξ* 201. 302) Oceanus deorum tantum origo nominatur, non

hominum.[1]) Praeterea versus spurii pars altera secundum λ 239 ficta est. Denique verbis *πλείστην τ' ἐπὶ γαῖαν ἵησιν* sententia de Oceano profertur diversissima ab Homerica. Ac ne hoc quidem potest dubitari, quin huius versus auctor terram sphaeram habuerit quod sequitur et ex tota Plutarchi disquisitione et ex versus verbis ipsis accurate inspectis atque examinatis, non planitiem ut vulgo Homerus Oceano circumfluxam.[2]) Illa autem doctrina Graecos per Pythagoreorum sectam saeculo V. exeunte innotuisse cum sciamus (cf. Zeller. I[5] p. 296 sqq. 423 sq.; Berger., Wiss. Geogr.[2] p. 68 sq. 171. 185 sq.), versus quem Crates legit ab homine V. saeculo certe recentiore scriptus est. Aut igitur Crates ipse hunc versum infixit, ut quae de Homeri in rebus ad terrae formam pertinentibus doctrina protulisset apud Homerum ipsum accuratius legerentur, aut in exemplari carminum Homericorum eum invenit. Quamquam autem illud qua erant audacia his in rebus Stoici[3]) per se non prorsus negari potest, tamen dissuadet cauta ratio qua aliis locis in Homeri verbis constituendis Crates usus sit. Praeterea habemus quo alterum redditur multo similius veri: nam in eo, quod versus auctor contra Homeri usum etiam hominum originem nuncupat Oceanum, eum ex Orphicorum secta pendere demonstratur verbis hymni Orphici 83,1 sq. Sic vero rectius rem expediri putamus quam si huius hymni auctor crederetur hunc versum debere Stoico grammatico Crateti.[4]) Quamquam enim quando hi hymni quos habemus hodie conscripti sint viri docti maxime inter se dissentiunt, tamen antiquis hymnis qui traditum hymnorum Orphicorum libellum confecit usum esse omnes docti viri concesserunt. Accedit huc, quod in ea tantum cosmologia Orphica quam adhibebant Plato Aristoteles Eudemus Peripateticus (v. Zeller. I[5] p. 88 sqq.) etiam hominum origo ex Oceano derivatur. Cuius cosmologiae Onomacritus cum inventor haberetur

---

[1]) Erravit igitur Berger., Mythol. Kosmographie d. Griechen, 1904, p. 2 et n. 8. Aristoteles vero in metaph. I, 3 (983 b 33) rectius de Homeri verbis iudicavit.

[2]) cf. Berger., l. modo s., p. 5 et n. 3; p. 13.

[3]) cf. e. g. de Chrysippo Wachsm., l. s. s. p. 22; adde Galen., de plac. Hipp. et Plat., III p. 114 sq. Kuehn.

[4]) De doctrina Stoica in hymnis Orphicis obvia cf. Christ.[4] p. 821; Petersen., Verhandl. d. Phil.-Vers. in Hannover p. 126; Philol. XXVII p. 402 sqq.; Kern., Herm. XXIV p. 498 sqq. Aliter iudicavit Gruppe. in Rosch. lex. myth. III, 1 c. 1151 sq.

ab Aristotele, frg. 7 p. 26 Rose. et ab Herodoto II, 53. VII, 6. Pisistrateorum aequalis, cognoscimus hanc doctrinam de Oceano hominum origine apud Orphicos iam inde ab antiquissimis temporibus notam fuisse. Itaque possumus coniectare Cratetem hunc versum invenisse in carminum Homericorum volumine quod auctum erat versibus, etiam eis qui O r p h i c a m doctrinam prae se ferrent.[1]) Antigrapha enim haud paucis versibus aucta olim divulgata esse novis papyrorum copiis demonstratur: cf. Ludwich., Homervulg. p. 1 sqq., 49 sqq., 56 sqq.: pap. Oxyrh. 412 (Grenf. et Hunt. III p. 36 sqq.; Allen., class. rev., 1904, p. 147 sq.).

Quae cum ita sint, etiam Zenodotus Mallota Cratetis studiosissimus assectator quem post *N* 730 inseruit versum (cf. schol. *TA* ad v. [cf. Wachsm., mus. Rhen. XVIII p. 184]; Eust. 957, 10; Ludwich., AHTK I p. 365, 18; Homervulg. p. 25) non suo Marte videtur finxisse, sed ex exemplari quod aberat a forma vulgata genuino Homero intrusisse.

FRAGMENTUM VI

Inest in carmine *O* memorabilis versus 189 de totius orbis divisione a dis summis olim perfecta: *τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς*[2]): Juppiter videlicet caeli, Pluto inferorum, Neptunus maris regna adepti sunt: *γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος* (*O* 193). Exemplum igitur antiquissimum hi versus praebent Graecorum cosmologiae. Atque hoc in versu *O* 189 tractando Crates aliquo modo versatus est teste scholio Ven. *A* ad v., fol. 195 vers.: *πῶς δέ φησιν· „γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ καὶ μακρὸς Ὄλυμπος"; Κράτης ἐν β' Ὁμηρικῶν καὶ Στησίμβροτος πάντα οὕτως δέδασται.* Quae verba mendo quodam laborant. Alia vero atque illa quam olim Wachsmuthius, l. s. s. p. 26 n. 5; 44 sq.

---

[1]) Ne quis credat hunc versum ab Onomacrito ipso insertum esse, statuendum est Onomacriti temporibus (cf. Christ.[4] p. 65 sq.; Zeller. I[5] p. 51 sq. n. 2) Pythagoreorum doctrinam de terra globosa apud Graecos nondum notam fuisse.

[2]) Sic codd. adhuc inspecti omnes, Eust. ad v. (1012, 40), Porph. (Schrad., PIQ p. 203, 8), Ps. Plut., de vit. et poes. Hom. II c. 103 ubi versus explicatio Aristarchi ipsius esse nequit, cum ex Aristonico notum sit quomodo Aristarchus vulgatam versus formam quam et ipse accepit explicarit. Pap. Monac. carm. *O* (cf. Wilcken., Arch. f. Pap.-Forsch. I p. 471) prelo nondum tradita est.

protulit nobis offertur explicatio comparantibus verba Cratetis cum Porphyrianis (cf. Schrad., PIQ p. 203, 8—204, 1). Inde enim efficitur illis Cratetis verbis solvi aporiam antiquam qua quaerebatur quomodo Homerus in versu *O* 189 *πάντα δεδάσθαι* dicere potuerit, etsi versu *O* 193 et terram et Olympum omnibus summis dis cummunia esse clamavit? *οὐ γὰρ ἔτι πάντα δέδασται τούτων μὴ δεδασμένων*. Porphyrium autem qui huius quaestionis mentionem fecit duas hic attulisse solutiones certum est ex quibus una est Aristarchi,[1]) altera certe non Aristarchea (v. Porph. ad *Γ* 277, Schrad., POQ p. 113 b 11; Ludwich., AHTK I p. 598, 4; Carnuth., Ariston. p. 116; Friedlaend., Ariston. p. 87) antiquissima est secundum Aristotelis *περὶ ποιητικῆς* cap. 25 (1461 a 16).[2]) Huic igitur lyseon seriei etiam Cratetis sententiam esse inserendam nunc clarum est. Atque invenitur in scholiis *T* Vict. ut tertia huis aporiae solutio quae cum reliquis illis arte est coniuncta haec: *τινὲς „πάντ᾿ ἅ δέδασται". εἴασε δὲ τὸ τ, ὡς ἐν τῷ „ἐπίστιόν ἐστιν ἑκάστῳ"* (ζ 265). Iam videmus rationem quae ad linguae Graecae genera spectat in solvenda Homerica quaestione adhibitam. Schraderus autem, PIQ p. 203, hanc lysin a Porphyrianis separavit, quod in codice Vict. tantum servata et ab Eustathio (1012, 40) omissa est. Quae tamen argumenta non sufficiunt: cum enim et codicis *B* et Lips. et Leid. scholia finiantur, priusquam adnotatio quae est de *πάντα* quod idem significat ac *πλεῖστα* tota teste scholio *B* alt. man. exscripta est, his in codicibus de hac tertia solutione nil inesse potest, quoniam haec teste codice *T(V)* illam solutionem secuta est. Scholion autem *B* alt. man. quo solo reliqua Porphyriana exscripta videntur ac servata esse qua est forma depravata (v. Schrad., PIQ p. 404 n. 2) hanc solutionem perperam omisit; quod eo facilius fieri potuit, quod multa quae erant adscribenda iam restabant. Contra nulla est causa cur scholio *T* in rebus Porphyrio attribuendis hic minus

---

[1]) cf. Ariston. in schol. *A* Vict., *T* Gen. I ad *Π* 161; *A* ad *O* 189; *AT* Gen. II ad *Σ* 373; apud Eust. ad *T* 247 (1182, 51/3) quem locum Friedlaenderus omittere non debuit; *AT* ad *Ω* 232 ubi confirmatur nunc *διπλῆς* signum codicis Ven. *A* papyro mus. Brit. no. CXXVIII a. Chr. n. ult. saec. (cf. Kenyon., class. texts, 1891, p. 100); *PQ* ad ε 244; *E* ad ϑ 258; Eust. ad λ 368 (1691, 11).

[2]) cf. eandem solutionem apud Porphyrium pluriens (PIQ p. 197, 19 ubi adde schol. *T* ad *A* 222. 424; p. 199, 1; POQ p. 113 b 11). Praeterea inspice Eust. ad ι 422 (1637, 44).

confidamus quam scholio *B* alt. man. Quod vero Eustathius hanc solutionem a codice *T* exhibitam non novit, etsi aliis locis hoc cum codice saepe congruit (cf. Schrad., ib. p. 458), facile eo explicatur, quod hic ut alibi Eustathius codicem codici *B* similem ante oculos habuit (v. Schrad., ib. p. 459). Quapropter haec solutio Porphyrianis re vera inserenda est. Cuius rei praeterea habemus hoc argumentum, quod Porphyrius ad versus ζ 265[1]) qui hoc in frustulo a Schradero Porphyrio abiudicato affertur vocem *ἐπίστιον* ipse adnotavit littera π, non φ iure scribi (cf. Schrad., PIQ p. 158, 14; POQ p. 63, 9). Cum igitur hoc scholii *T* frustulum in solutionibus numerandum sit, Cratetis autem sententia quaestionem solvi iam ex verbis quae traduntur ipsis certum sit,[2]) re vera id quod suspicatus est Maass., Arat. p. 176 veri est simillimum et illam Cratetis et hanc hoc in frustulo obviam opinionem inter se coniungendam esse, quod idem utrimque profertur.

Maassius autem Cratetem Stesimbroti Thasii hoc de loco sententiam probasse affirmavit; quo de nulla potest nasci dubitatio. Sed cum sciamus (cf. vit. Hom. V p. 31 Westerm.) Stesimbrotum Thasium urbem Smyrnam Homeri patriam putasse,[3]) Maassius contendit Stesimbrotum Aeolica psilosi usum hanc quaestionem solvisse, quoniam in litteris traditis *ΠΑΝΤΑ* inesse possent verba *πάντ᾿* et *ἅ*.[4]) Qua in Maassii coniectura certissimum est Cratetem secutum esse Stesimbrotum *ψιλώσει* usum. Sed utrum Aeolica sit an Ionica psilosis, dubitari potest, cum prorsus nesciamus Stesimbrotus num Homerum Smyrnaeum habuerit inter Aeoles an Ionem. Nam et eo, quod comparatur in scholio *T* vox *ἐπίστιον* quam sunt qui Ionicam

---

[1]) Hunc versum pro exemplo adhibet Apoll. Dysc.. de adv. p. 152, 17 RSchneid. quo demonstretur Iones aspiratione usos non esse.

[2]) Nam ne Cratetis scholion *A* quod olim fecit Wachsmuth., l. s. s., cum aliis scholiis *A* coniungatur, impedimur et cod. Ven. *A* fol. 195 v. ipso inspecto (cf. Comparetti, cod. Ven. *A*, Leyden., apud Sijthoffium, 1901) et comparatis schol. *B* alt. man. verbis (cf. Schrader., PIQ p. 456).

[3]) Hoc Stesimbroti frustulum certe ex Cratetis opibus promanavit; verum enimvero non maxime ea de causa, quod etiam Crates hac in vita de aetate Homeri allatus est, cum Maassio hoc statuendum est, sed quod in versu *O* 189 explicando Crates hanc Stesimbroti de Homeri patria sententiam praetermittere non potuit.

[4]) Fere rectum divinando assecutus est iam Schraderus, PIQ p. 385, sed v. ibid. p. 404 n. 2.

habere putent psilosin[1]) et quod Smyrna postea inde a VII. fere saeculo fuit Ionum colonia (cf. Oehler., PWRE s. v. *ἀποικία* I c. 2823. 2833 sq.), Stesimbrotum Ionem eum credidisse cogitari potest. Utcumque vero haec res se habet, Stesimbroti doctrinam Crates in usum suum convertit. Itaque versum *O* 189 interpretatus est hoc modo: tripartita sunt omnia quae divisa sunt. Qua ratione poeta parum digna differentia inter versus *O* 189 et 193 solvitur. Atque consentit haec solutio cum Cratetis ratione qui locos quos censet corruptos esse restituere conatur alia ac vulgo fit vocabulorum partitione (v. ad *Λ* 754. *Σ* 488. *δ* 260).

Sed displicet nobis, quod in verbis scholii *A πάντ' ἅ* (*οὕτως*) *δέδασται* vocabulum *οὕτως* secundum Maassium tamquam in parenthesi positum esse credi debet. Quem usum dicendi sane recentissimae esse aetatis censemus: valet enim aliquid, quod hoc *οὕτως* intercalatum nos in scholiis item nusquam invenimus.[2]) Deinde hoc *οὕτως*, ut suo esset loco, post *πάντ'* melius erat adscribendum. Tum non possumus intellegere quomodo hoc *οὕτως* interposito nova scriptura *πάντ' ἅ* in *πάντα* vulgatum potuerit depravari. Aliter ergo rem expedimus, cum intellegimus: *πάντ' ἅ οὕτως δέδασται*, scil. *τριχθὰ δέδασται*: tripliciter sunt dissoluta quae hac ratione ut in *O* 190/2 narratur divisa sunt.

Quae cum ita sint, verba quae Cratetis sententiam praebent sic sunt restituenda: *πῶς δέ φησιν* (sc. *ὁ ποιητής*) *„γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ καὶ μακρὸς Ὄλυμπος“ ⟨,ἐπεὶ προεῖπεν· „τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται“⟩; Κράτης ἐν β' Ὁμηρικῶν καὶ Στησίμβροτος· „πάντ' ἅ οὕτως δέδασται“. εἴασε δὲ τὸ ι, ὡς ἐν τῷ „ἐπίστιόν ἐστιν ἑκάστῳ“.* Quae verba ex Porphyrio servata in scholia translata sunt qui secundum Schraderum haec ex Stoicorum opere collectaneo sibi desumpsit.

Sic igitur omnia optime procedunt atque elementorum doctrinam Stoicam ad explicanda verba Cratetis adhibere quod olim Wachsmuthius volebat neque opus est neque licet. Maassius igitur suo se ipse iam iugulavit gladio qui continuat l. s. s.: „negavit igitur Crates omnia elementa inter tres Saturni filios distributa esse:

---

[1]) cf. loc. Apoll. Dysc. supra p. 33 n. 1 all.; praeterea vox exstat apud Herodotum: cf. Hoffmann., Griech. Dial. III p. 553. Vide Eust. ad *ζ* 265 (1562, 33) et schol. *Q* ad v.

[2]) Aliter enim res se habet illud *οὕτως* quo in codicis Ven. A scholiis quae docti viri vernacule Zwischenscholien adpellant Aristarchi scripturae indicantur (v. Ludw., AHTK I p. 140).

quot Homero prolata fuisse ipse censeret, ista notula ille non prodidit.“ Immo vero, etsi post Maassii studia, Arat. p. 173 sqq., concedendum est veri simile videri grammaticum Pergamenum Stoicorum tetradem elementorum Homero inculcasse, non videmus cur hic de Homeri sententiis cosmogonicis coniunctis cum Stoicorum his de rebus dogmatis Crates egisse putetur.[1]) Ubi vero nihil omnino scimus non licet quicquam contendi.

Sed adiciamus Cratetem olim etiam apud Aristarchum esse refutatum; nam hunc hac in quaestione de versibus *O* 189 et 193 accuratius ac fusius versatum esse testatur scholion *Q* ad *ε* 244 quod totum Aristonico Carnuthius attribuere debuit, p. 59: *παρέλκει τὸ „πάντα“* (*ε* 244), *ὡς ἐν τῷ „τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται“* (*O* 189) · *ἐπιφέρει γὰρ „γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων“* (*O* 193). Et his ex verbis sequitur Aristarchum contra Cratetem pugnasse; quod confirmatur eo, quod etiam aliis locis Aristonicus tradidit Aristarchum Cratetis sententias respexisse et impugnasse. Aristarchum vero hoc loco feliciter se gessisse concedi nequit. Itaque dicendum est Cratetem hic rem Aristarcho melius perspexisse. Sed animadverte hoc luculentum exemplum discriminis utriusque rationis criticae: cum enim Aristarchi solutione multi loci sanarentur (cf. supra p. 32 n. 1) quos diligenter in unum olim collegit, Crates in uno seorsum tractato ac sanato loco acquiescebat.

FRAGMENTUM VII

De Apollinis cognomine *ΗΙΟΣ* quod legitur in *O* 365: *ὥς ῥα σύ, ἤιε Φοῖβε, πολὺν κάματον καὶ ὀιζὺν | σύγχεας Ἀργείων* (cf. La Roche., HTK p. 274) dubitabant viri docti veteres. Omnes vero codd. praebent *ἤιε*; quam formam imitatus est poeta qui composuit hymnum in Apollinem Homericum, 120. Etiam Porphyrium in codice quem adhibuit legisse *ἤιε* et ex testimonio ad *M* 10 sqq. adscripto (cf. Schrad., PIQ p. 172, 5) et ex verbis ad *ω* 1 sqq. (POQ p. 130, 6) liquido apparet.

---

[1]) Cratetis de elementis doctrina nusquam servata est nisi in scholiis ad Arati et Germanici Phaenom. (cf. Wachsmuth. p. 62; Maass., Arat. p. 23 sqq.) et apud Lydum de mensibus IV p. 122, 15 Wuensch. ubi adde Et. M. 278, 14 Et. Flor. p. 90 ed. Mill., Et. Gud. c. 144, 57. 200, 20. Quae verba ad Homeri versus velut *M* 25 sq. *ξ* 457 sunt referenda.

Gravissima autem hac in re testimonia quibus indicantur quae et Aristarchus et Crates hoc de cognomine statuerunt Herodianus nobis subministravit qui teste scholio *A* ad *O* 365 in libro περὶ Ἰλιακῆς προςῳδίας (cf. Lentz. II p. 95, 24; vide I p. 543, 16) scripsit haec: Ἀρίσταρχος δασύνει, ἀπὸ τῆς ἕσεως τῶν βελῶν,[1]) οἱ δὲ περὶ τὸν Κράτητα ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰάσεως. καὶ οὕτως ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοὶ πρὸς διάφορον ἐτυμολογίαν διαφόρως ἀναγινώσκειν. Quae lis ut censet Herodianus secundum linguae leges erat inutilis: ὥςτε εἴτε ἐκ τοῦ „ἥιος“ δασυνομένου ἐστὶν εἴτε ἐκ τοῦ ψιλουμένου μόνως ψιλωτέον.[2]) Scilicet et Aristarchus et Crates vocem *ΗΙΟΣ* ex forma *ΙΗΙΟΣ* natam esse sibi persuaserunt; quod stabilitur altero loco Herodiani servato ex libro περὶ παθῶν (cf. Lentz. II p. 185, 11; vide 524, 12) in Et. M. 469, 50: ἔστι τὸ „ἰήιος“, ἐπίθετον Ἀπόλλωνος, ὁ τοξότης, ἀπὸ τοῦ „ἵημι“ παρὰ τὴν ἕσιν τῶν βελῶν.[3]) τινὲς δὲ ψιλοῦσιν, ἐπεὶ ἰάσεως αἴτιος ὁ θεός.[4]) τὸ δὲ „ἤιε Φοῖβε“ (sic Herodianus legit,[5]) non cum Aristarcho ἥιε) κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ι[6]) γέγονεν.[7]) Quibus

[1]) cf. schol. Gen. II ad *O* 365. — Hanc doctrinam adhibet Philoxenus ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων (cf. Et. M. 462, 56; v. Kleist., de Philox. p. 50).

[2]) Hoc cum Herodiani loco coniungenda sunt haec: Eust. 1020, 19: . . . Ἡρωδιανὸς δὲ καὶ οἱ περὶ Κράτητα ψιλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἰάσεως· ἰατρὸς γάρ, i. e. Herodianus cum Cratete in ἤιος voce ψιλῶς dicta consensit, minime vero in veriloquio: schol. *BT* ad *Y* 152: . . . τὸ δὲ „ἤιε“ . . παρὰ τὴν ἴασιν καὶ ψιλοῦται; schol. *T* ad *O* 365: ἥιε] . . οἱ δὲ παρὰ τὴν ἴασιν.

[3]) cf. lex. Orión. c. 75, 24 ubi pro codd. ἕησιν l. ἕσιν et Et. Flor. p. 145 ed. Mill., s. v. ἤιος.

[4]) Vide Ps. Zon. p. 981: ἤιος . . ἄμεινον δὲ ψιλοῦσθαι, ἀπὸ τῆς ἰάσεως, i. e. Herodiani et Cratetis sententiae sunt confusae; quae vero verba sequuntur τῶν βελῶν prave huc translata sunt ex opinione Aristarchea; quod confirmatur Et. Flor. p. 145 ed. Mill. ubi post Aristarchea et Cratetea οἱ δὲ ψιλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἰάσεως et post Herodianea ἄμεινον δὲ ψιλοῦσθαι iterum Aristarchi doctrina profertur. Igitur nonnulla in lex. Ps. Zon. exciderunt. Cratetis doctrina legitur etiam apud Macrob. Sat. I, 17, 16: ἰήιος ἀπὸ τοῦ ἰᾶσθαι; schol. *D* Gen. I ad *O* 365: . . ἔνιοι δὲ ψιλῶς ἀναγινώσκοντες ἀπέδοσαν „ἰατρέ“.

[5]) Herodiani opinionem vide in scholiis *BT* ad *O* 365; apud Eustathium 1020, 2 ante 20. 20; ad *A* 601 (161, 12); in Et. Flor. p. 145 ed. Mill.: τὸ γὰρ η πρὸ φωνήεντος κατὰ διάστασιν ψιλοῦται.

[6]) cf. scholia *D* Gen. I. II ad *O* 365; Eust. 1020, 21.

[7]) Verba quae in Et. M. sequuntur et in quibus Cratetea haec leguntur: οἱ δὲ ψιλοῦσιν ἀπὸ τῆς ἰάσεως desumpta sunt ex Herodiani prosodia Iliaca (cf. Carnuth., de Et. M. fontibus, progr. Jever. 1876, p. 24 no. 28); itaque ex eodem libro fluxerunt verba Hesychii s. v. ἰήιος: . . . ψιλῶς δὲ ἀπὸ τῆς ἰάσεως· ἰατρὸς γὰρ ὁ θεός. Contra ex libro περὶ παθῶν propter verba κατὰ ἀφαίρεσιν sunt quae Eustathius ad *Δ* 474 (500, 41) praebet. Ubi praeter Aristarchi sententiam quae

ex verbis elucet Herodianum norma quam proposuerat (cf. p. 36 n. 5) coactum ἤιε legisse et in *O* 365 et in *Y* 152; Aristarcheam ergo hic refutavit ac sprevit et cum Cratete in scriptura congruit. Sed id ut faceret non Cratetis doctrina est commotus, sed quod Aristarchi rationem accuratius magisque strenue est persecutus quem in rebus grammaticis analogiae regulis ac normis omnia coerceri contendisse notum est. Etymon vero vocis Herodianus in medio reliquit (cf. Lehrs. [2] p. 330 sq.), cum totam grammaticorum hac in re litem exorsam esse ex linguae notitia parum subtili statueret.

Verbis vero Herodianeis certum est Aristarchum in *O* 365. *Y* 152 legisse ἥιε, Cratetem ἤιε. Sed tamen scrupulus hac de re residet propter verba Apollonii Sophistae qui, quoniam post primum p. Chr. n. saeculum medium scripsisse nequit,[1]) certe ex Herodiano quae habet non sumpsit: ἵηος ὁ Ἀπόλλων ἀπὸ τῆς τοξείας· ἔνιοι (i. e. Cratetei) δὲ ψιλῶς ἀπὸ τῆς ἰάσεως· „ἴηε Φοῖβε“, p. 90, 16 B. Sed ἵηος vel ἴηος et ab omnibus abhorrent formis alibi traditis neque ullo modo versum praebent dactylicum: itaque, etsi *ΙΗΕ* etiam legitur in Apollonii verbis quae translata sunt in lexicon Orionis p. 78, 14 s. v. ἰήιος ubi post Aristarchea proferuntur haec: Ὅμηρος· „ὥς ῥα σὺ ἴηε Φοῖβε“· κτλ., cum Tollio aliis haec mutanda sunt. Neque vero mutamus apud Apollonium in ἤιος et ἤιε, sed ἱή⟨ι⟩ος et ἰή⟨ι⟩ε ut indicatur loco quo hae glossae ab auctore positae sunt.[2]) Et adiuvamur hac in re illo ἰήιος apud Orionem; quapropter etiam hic mutandum est: „ὥς ῥα σ’(υ) ἱή⟨ι⟩ε Φοῖβε.“ Fuerunt igitur qui non satis haberent cum Aristarcho et Cratete censere ι vocalem excidisse, sed ἰήιε et ἱήιε in textum ipsum acciperent. Quod confirmatur et scholio cod. Ven. *N* no. 458 s. XIII quo de Ludwich., ind. lect. Regim., 1893/94, p. 15 ad *Y* 152: ἀμφὶ σὲ ἤιε Φοῖβε] γρ´ καὶ „ἀμφί σ’ ἱήιε (cod. ἰήιε) Φοῖβε“· εἴρηται δὲ καὶ ἱήιε

legitur etiam in scholio Gen. II ad *Y* 152; Et. M. 469, 56; Suid., s. v. ἰήιος; Eust. ad *A* 601 (161, 12) exstat et Cratetis sic: Ἀπόλλων ἤιος . . . ὁ ἰατρικός. Unde vero petita sint verba schol. Apoll. Rhod. Argon. II, 702: Ἰηπαιήων ὁ Ἀπόλλων λέγεται . . . ὅτι ἰάσεως ὁ θεὸς αἴτιος prorsum latet.

[1]) Nam papyrus quam edidit Nicholson., class. rev. XI, 1897, p. 390 sqq. exarata primo p. Chr. n. fere saec. exeunte, similiter, paulo tamen minus, decurtatum atque excerptum lexicon continet; itaque vix post annum L p. Chr. n. Apollonius librum suum potuit componere, id quod aliis ex argumentis statuit iam Forsman., l. s. s. p. 22.

[2]) Apollonium in lexico rationem habuisse duarum ab initio litterarum papyro illa comprobatum est; cf. Nicholson., l. s. s.

(cod. *ἰ—*) *ἀπὸ τοῦ ἱέναι* (cod. *ἰ—*) *καὶ πέμπειν τὰ βέλη*, et Et. Gud. c. 273, 44: *ἰήιε · ἰατρέ · ἐὰν δὲ δασύνηται, τοξότα* et lex. Ps. Zon. p. 1096: *ἰήιος · τοξότης · λέγει τὸν Ἀπόλλωνα Ὅμηρος · „ἰήιε Φοῖβε.“* Quarum lectionum qui fuerint auctores prorsus latet; ante Apollonium vero postque Aristarchum et Cratetem vixerint necesse est. Neque enim Aristarchum et Cratetem ipsos sic scripsisse luce est clarius ex Herodiani verbis qui, si illi aliter atque *ἥιε* aut *ἧιε* scripsissent, harum lectionum mentionem facere debuit, cum et regula de *η* littera ante vocalem *ψιλουμένῃ* et norma illa de vocalis *ι ἀποβολῇ* quas proposuit Herodianus ad has formas solas quadrarent.

Uterque igitur grammaticus utro spiritu vocabulum scribendum esset ex origine vocis inauditae atque inusitatae demonstrare est conatus, cum ex elementis traditis *HIE* hoc intellegi nequiret. Quapropter per se neque Aristarchi neque Cratetis scriptura quam *ἡ παράδοσις* secuta est praevalet, sed aliis ex rebus hanc aut illam sententiam accipiendam debet demonstrari quod Aristarchus ipse pro sua doctrina et pro Cratete Zenodotus Mallota eius pertinacissimus fautor praestare studuerunt: cf. schol. Veron. ad Vergil. Aen. XI, 738:[1]) „Zenodotus in eo quem inscribit *Π⟨αιη⟩ονίην*[2]) ⟨histo⟩riam[3]) sub nomine Naucratis facit disser⟨ere⟩ Aristarchios qui putant alium Paeeona,[4]) alium Apollinem, ipse eundem nec diver⟨sum⟩ multis docet.“ Idem vero hac in re ac Zenodotum iam Cratetem docuisse nondum potest demonstrari. Id vero nobis iudicibus certum est post Aristarchi tempora, haud ita longo tamen intervallo interposito, Zenodotum Mallotam vixisse; nam primum quidem librum *πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ* eum scripsisse veri est simillimum (cf. Susemihl. II p. 14 c. n. 83; Pusch., l. m. s. p. 152 sq.); tum in Aristarchi reliquiis nusquam nominatur: denique in illo dialogo Aristarcheos, i. e. discipulos et asseclas

[1]) cf. Keil., Val. Prob. in Vergilium com., 1847, p. 106 n.; Herrmann., Die Veron. Vergilscholien, progr. Donaueschingen., 1869 sq., p. 31; Hagen., Append. Serv. III, 2 p. 448, 5 sqq. Praeterea inspice Wachsmuth. p. 28; Pusch., diss. Hal. XI p. 153 sq.

[2]) Qui hic ionismus qui in codice adest sit explicandus latet, cum desint fragmenta verbotenus tradita (cf. schol. *T* Eust. ad *O* 262.

[3]) Ad hanc significationem cf. e. g. Aristotelis *τῶν περὶ τὰ ζῷα ἱστοριῶν βιβλία δέκα* quae ipse de an. part. I, 5 s. f. nuncupat *ζῳικὴν ἱστορίαν*.

[4]) Cum de Homerico deorum medico hoc in libro agatur, recte quod traditum est Paetona in Paeeona mutavit Schneidewin. in philol. II p. 764.

Aristarchi quos Naucratis nomine comprehendit secum disserere fecit. Zenodotus igitur num fuerit Cratetis discipulus prorsum latet.[1]) Sed etiam ea in re Zenodotus Cratetis vestigiis institit, quod Arati studium minime neglexit (cf. Maass., Arat., p. 263; AIR p. 347, 3 sqq.), sive quod de nomine dictami herbae observavit ad studia Homerica pertinet sive traditum est ex commentario ad Aratum scripto.

Si vero quaerimus cur Crates putaverit hoc cognomine indicari Apollinem esse medicum, primum explicatio inde petenda est, quod apud Graecorum et poetas et scriptores haec de Apolline medico sententia iam pridem praevalebat; antiquissima enim testimonia sunt praeter inscriptiones (cf. Wernicke., PWRE, s. n. Apoll. II c. 15, 57 sqq.) Aeschyli Agamemnonis fabulae anno 458 in scenam prolatae versus 199. 1248. Atque iam altero saec. V. a. Chr. n. dimidio Apollinem medicum apud Graecos notissimum fuisse ex eo elucet, quod illa aetate[2]) a Romanis Apollinis Salutaris vel Medici templum Romae aedificatum est. Atque ex aliis multis saeculi V. exeuntis testimoniis enumeremus haec: Aristoph. Av. 584 (414); Eurip. Androm. 900 (412); Arist. Lyst. 1282 (411); Soph. Philoct. 170 (409); Aristoph. Plut. 9 sqq. 636 (388). Adde etiam Plat. Cratyl. 405 A. C. (cf. Cornut. c. 32); Lycoph. Alex. 1206 sq. 1377; Callim. hymn. in Apoll. 45 sq. Quamquam vero Apollinem et deorum medicum apud Homerum atque apud Hesiodum diversos esse nobis pariter atque Aristarcho certum est, tamen fuisse qui apud Homerum quoque Apollinem esse medicum contenderent sequitur ex verbis Porphyrii ad *ι* 525 sq. (cf. Schrader., POQ p. 95, 2; cf. p. 178. 179 n. 2. 186): *Ἀντισθένης μέν φησι* Homerum dixisse ne Neptunum quidem Polyphemum sanaturum esse *διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι οὐκ ἦν ἰατρὸς ὁ Ποσειδῶν, ἀλλ' ὁ Ἀπόλλων.*[3]) Igitur notissimam apud Graecos opinionem hic Crates secutus est in qua Homero obtrudenda quodammodo ei Antisthenes Cynicae sectae conditor iam proluserat. Denique Crateti haec doctrina confirmata est versibus quales sunt *Π* 528 sq. 669 sqq. *Ω* 18 sqq.

[1]) Confidentior igitur hac in re erat Maassius in Arateis p. 245 sq.

[2]) Hoc templum anno 431 a. Chr. n. an 429 an 428 aedificatum sit, inter viros doctos non constat (cf. Wissowa., Religion u. Kultus p. 240; Wernicke., l. s. s. c. 8, 9; Roscher., lex. myth. I c. 447. 433, 31 sqq.).

[3]) Contra hanc sententiam felicissime iam pugnavit Aristoteles apud Porphyr., POQ p. 95, 3; cf. etiam Roemer., SBMA, 1884, p. 293.

Lectio vero vulgata etsi item atque Crates voluit spiritum lenem praebet, tamen minime censenda est propter huius doctrinam orta esse, sed ad scribendum *ἤιε* librarii norma quam Herodianus proposuit sunt adducti. Cum quo etiam nobis utraque huius cognominis etymologia spernenda est, cum nequaquam certum sit quod quidem Herodianus accepit vocem *ΗΙΟΣ* ex solito *ΙΗΙΟΣ* natam esse (cf. Leaf., ed. Il.² II p. 128). Uterque igitur grammaticus hoc in veriloquio erravit et Aristarchus et Crates.

FRAGMENTUM VIII

In *Ὁπλοποιΐᾳ* enumerantur sidera illis temporibus notissima in Achillis scuto descripta Σ 486:

Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε τό τε σθένος Ὠρίωνος
Ἄρκτον θ' ἣν καὶ Ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν
ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.

Quibus ex versibus 487/89 *αὐτολεξεί* repetiti sunt in ε 273 sqq. Hoc vero loco nobis solus cordi est versus Σ 489 = ε 275; quem sic ut supra exscriptus est omnes praebent Iliadis codd. adhuc a doctis viris inspecti; in quibus est palimpsestus Syriacus Curetonis saec. VI. atque pap. Harris I a. Chr. n. saec. (cf. Wattenbach., Anleitung z. gr. Pal.³ p. 12); cuius tamen signa ab alt. m. multo recentiore sunt adscripta (cf. Catalogue of anc. mss. in Brit. Mus., part. I pap. CVII). Idem legerunt Porphyrius (PIQ p. 226, 6) et Aristoteles, poet. 25, 1461 a 20. Ex Odyssiae vero codicibus secundum Ludwich. ed. Od., 1889, p. 117 exhibent cod. Vindob. 56 saec. XV. et ante correcturam etiam Palat. Heidelberg. 45 anno 1201 scriptus *ἥ*; quos arte inter se esse conectendos Ludwich., l. m. s. p. XIV et Leeuwen. et da Costa., ed. Od., 1890, p. X sq. docuerunt: quaeritur autem, num haec lectio iam ante saeculum XII. inveniri possit.

Crates vero cum Homerum astronomum fuisse acriter contenderet (cf. Wachsmuth. p. 40; Maass., Arat. p. 188; AIR p. 29 sq.), in eo debuit offendere, quod Homerus ursam s o l a m in Oceani fluctus numquam mergi finxerat. Quam offensionem qua ratione tollere studuerit monstratur verbis Apollonii Sophistae s. v. *ἄμμορος* p. 29, 14 B. (cf. Wachsmuth. p. 46; Maass., Arat. p. 189): *ὁ δὲ Κράτης*

οὕτως ἀναγινώσκει· „ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει" μέχρι τούτου καταλέγων· „ἡ δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο," ἵνα τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ καὶ ἑτέροις τῶν ἄστρων ἀκούηται. Ubi ad vocem *ἑτέροις* supplendum est verbum *συμβαίνειν*; quo quod olim addidit Wachsmuthius, l. s., *ἐφ'* abici potest. Crates igitur sibi persuasit neque versu Σ 489 neque versu ε 275 Homerum potuisse negare etiam alias stellas praeter ursam semper in conspectu hominum manere. Quapropter litteras traditas *ΟΙΗΔ* sic ut vulgo factum est *οἴη δ'* Crates explicari vetuit.

Contra alii astronomiae non satis gnarum füisse Homerum etiam hoc loco probari crediderunt (cf. Apollon., l. s.); inter quos fuisse Aristarchum admodum veri est simile; nam cum verbis *τοῦτο δὲ εἴρηκε* (scil. *ὁ ποιητής*) *μὴ γινώσκων, ὅτι καὶ ἄλλα οὐ δύνει* optime congruunt et quod Aristarchus Homerum astronomum non esse putavit (cf. Ariston. ad *Κ* 253[1]) [Friedl. p. 176]) et quod poetam astronomicis ex rebus nonnulla comperta habuisse concessit. sed *ὡς ἂν παλαιόν* (cf. Ariston. ad *Χ* 318 [Friedl. p. 322]: ad *ν* 93 [Carnuth. p. 120]), i. e. mendose, non accurate, non perfecte secundum aevi Alexandrini scientiam. Iam ergo Aristarchum ad Σ 489 = ε 275 censemus contendisse Homerum his in versibus quae de stellis non occidentibus sciret omnia protulisse, cognitionem vero recentioris aevi nullo modo praesagivisse.

Quapropter statuimus Cratetis sententiam ex Aristarchi libris Apollonium sibi sumpsisse. Accedit vero, quod Apollonium Cratetis librum ipsum inspexisse prorsus credi non potest his ex causis: rarissime enim Apollonius Cratetem affert: p. 29, 14; 39, 28; 132, 18 B. ubi semper Aristarchi sententiae contra Cratetem sunt adscriptae; qua ex re sequitur ex Aristarchi copiis Cratetis memoriam ab Apollonio petitam esse: alibi enim apud Apollonium Cratetis sententiae ne allatae quidem videntur.[2]) Atque alia nobis opitulatur causa: Apollonius enim vehementer increpat solos hos

---

[1]) Hoc potissimum in versu accuratissimam Homerum monstrasse rerum astronomicarum scientiam Crates statuit (cf. Schrader., PIQ p. 151, 13 sqq. 152, 5 sqq.) ut alio loco nobis erit demonstrandum.

[2]) Sententia enim de vino Pramnio p. 134, 13 B., quae primo loco posita est, etsi Crates idem docuit (cf. Rohde., mus. Rhen. XXVIII p. 286; Wachsm., ib. XLVI p. 555 sq.), tamen videtur ex Didymi doctrina sumpta esse ab Apollonio (cf. Athen. I, 30 D). Sed vide quod observavit Leyde., de Ap. lex. Hom., 1885, p. 23. Nil discimus ex scholiis *AD* Gen. I ad *Λ* 639; Et. M. 686, 28 = Et. Flor. p. 252 ed. Mill.

tres: Apionem Cratetem Zenodotum Ephesium (cf. Brosow.. Quomodo sit Apoll. Soph. ex Et. M. explendus, Kgsbg. 1884, p. 9).[1] Apollonium vero ex Aristarcho sumpsisse Zenodoti refutationes cum iam per se clarum est, tum ex eo certum redditur, quod p. 165, 8 B. contra eum ab Apollonio affertur Aristarchi sententia ipsa quodque p. 7, 14 teste Aristonico ad *Γ* 206 (Friedl. p. 85) adversarius eius erat Aristarchus. Quod igitur Apollonius p. 39, 28 B. Cratete oppugnato Aristarchi opinionem accepit, etiam huius grammatici refutationem ex Aristarcho sumpsit: quod cum de hoc loco certum sit, etiam de ceteris duobus veri est statuere similius, quamvis oppugnationes illae desint. Aliter vero iudicandum est de Apionis refutationibus quae Apollonii sunt ipsius. Contra quem se gessisse videtur pro altero Aristarcho nisus genuina huius viri docti doctrina quam in commentariis habebat.

Sed etiam alia via Cratetem hoc de versu egisse nobis est traditum: Strabo enim cui demonstrare in animo est (I, 1, 6) terram etiam septemtrionem versus ab Oceano circumflui auctorem quendam adhibet qui hoc ut demonstraret versu *Σ* 487 = *ε* 273 usus est. Quae verba poetae sic intellexit, ut putaret Homerum hoc modo *ἀρκτικὸν κύκλον* indicasse,[2] i. e. omnes stellas quae cinctae sunt circulo boreali. Qua explicatione[3] Homerum a mendo liberatum esse persuasum auctori est, quippe qui putaret Homerum non ignorasse stellas tam multas quae ibidem versantur non occidere.[4] Videmus ergo hanc Strabonis auctorem cum Cratetis doctrina in eo consensisse, quod Homerum astronomum habuit, quamquam quod ipse de his versibus Homericis censet diserte dicit contra id stare quod Crates horum de versuum mendo tollendo

[1] Contra quem Apollonius verbo *κακῶς* pugnet p. 109, 33 B. (cf. Hes. s. v. *μάκελλα*) ne scholio Gen. I ad *Φ* 259 quidem clarum est; quae enim Nic., ib. et Ludwich., Jhrbb. 1895, p. 12 sq. tentarunt non sunt probanda. — Adde etiam Herod. II p. 547, 25 L. et schol. Arat. 8 (Maass., AIR p. 337, 9).

[2] Etiam Arati interpretes *ἄρκτον* esse circulum borealem contenderunt (cf. Maass., AIR p. 72. 321. 462) ut Aratus ipse, Phaen. 27. 652.

[3] Item hoc zetema solvit is quem adhibuit anonymus codicis Vat. 191 s. XIV (cf. Maass., AIR p. 94, 6 sqq.); quod propterea praecipue statuimus quod solutionem daturum se esse pollicetur *ἐν τῷ περὶ ἀρκτικοῦ* (sc. *κύκλου*) *λόγῳ*.

[4] Signa quae aut tota aut aliqua ex parte numquam occidere Homerus secundum hunc auctorem scire debuit sunt *ἄρκτοι, δράκων, ἡ χεὶρ τοῦ Βοώτου, μέρη τοῦ Κηφέως*; vide schol. *A* ad *Σ* 489; Eust. ad *Σ* 484 (1155, 34 sqq.); verba anonymi in n. 3. allata.

statuerat. Sed quis hic auctor Strabonis sit neque ex priore neque ex altera paragraphi parte adparet quam propter eandem *ἄρκτου* significationem potissimum Strabo ex eodem auctore sumpserit necesse est.[1] Id quidem est certum hunc auctorem multo magis quam Crates olim fecit Homerum habuisse polyhistorem. Neque minus constat Cratetem *ἄρκτον* interpretatum non esse verbis *ἀρκτικὸς κύκλος*.

Hoc igitur incerto ex auctore Strabo attulit Cratetem mutasse versus *Σ* 489 et *ε* 275; nam mutationem fecisse grammaticum Pergamenum et Apollonii Sophistae verbo *ἀναγινώσκει* et Strabonis *οὐδὲ . . ὀρθῶς γράφει* adparet. Cratetea vero Strabonis sunt haec: *οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει „οἶος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν" φεύγων τὰ μὴ φευκτά*. Quae ultima verba sic sunt interpretanda: effugiens quae fugere opus non erat. Igitur dilucidum est rectam non esse Strabonis lectionem *οἶος* quae vocis forma ad nil aliud potest referri nisi ad *Ὠρίωνα*. Sed sive Orio est signum huius nominis australe (cf. e. g. Macrob. Sat. V, 11, 12) sive idem ac Bootes et Arctophylax (cf. Hesych. s. v. *βοώτης*; schol. Arat. 91 p. 356, 7. 9 M.), cum vero ita si Crates scripsit non consentit; nam cum Bootes occidit (cf. Arati versum 581; Maass., AIR p. 19. 419), tum australe illud sidus non est semper conspicuum. Falsam vero doctrinam astronomicam in re quadam illis temporibus notissima Homero Cratetem inculcasse nemo crediderit. Accedit, quod Apollonius optimo fonte usus scripturam Crateteam *ἥ* affert. Itaque Casaubonus, ed. Strab., in com. c. 3 b sq. erravit qui contendit Cratetem et ipsum *ἄρκτον* eundem esse atque *ἀρκτικὸν κύκλον* explanasse; quod ut exprimeret, *οἶος* eum pro solito *οἴη* scripsisse. Sed hoc sensu *οἶος* formam post versus antecedentes poetam adhibere potuisse haud facile quispiam credat;[2] quod ipse etiam Casaubonus sensit.

[1] De Polybio auctore item cogitandum non est ac de Apollodoro neque Posidonium auctorem esse ullo modo potest demonstrari, cum quae statuit Blass. in ind. lect. Kiel. de Gemino et Posidonio p. 23 infirmissimis stare talis monstrarit Martini., stud. Lips. XVII p. 364 sqq. 383. Confidentius igitur iudicavit Maass., Arat. p. 189.

[2] Attamen erat qui serio hanc proferret sententiam: Hergtius enim in programmate: Quam vere de Ulixis erroribus Eratosthenes iudicaverit, Landshut. 1887, p. 41 corrupto *οἶος* nisus Cratetem acerrime cerpsit ac de mala Cratetis ratione interpretandi verbis verba accumulavit, etsi quod Hergtius opprobrio dat grammaticus minime fecit.

Nihil igitur superest nisi ut Maassio, Arat. p. 189 sq. adstipulemur qui, postquam verba Porphyrii ad Σ 489 (Schrader., PIQ p. 226, 8 sq.): *κἂν διαιρῆται δέ „οἵ“*[1]), *εἶτα „ἡ δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο“, κατὰ λέξιν*[2]) *ἡ λύσις ὑπάρχει* ad Cratetem revocavit,[3]) et Cratetem hoc loco scripsisse *οἵ · ἡ δ'* . . strenue defendit. Quae lectio congruit cum ea quam Crateteam tradidit Apollonius. Cratetis igitur litterarum divisione factum est, ut Homerus opprobrio ignorantiae rerum astronomicarum liberaretur; de qua Homerum esse obiurgatum scimus ex Porphyrio (cf. Schrad., PIQ p. 225, 25 sqq.).[4])

Quaestionem enim his in Homeri versibus obviam iam ante Cratetem tractatam esse testatur Aristoteles in poet. cap. 25 (1461 a 20: Vahlen.[3] p. 69)[5]); cognoscimus igitur hanc rationem Crateti non suffecisse.

Quaerentibus autem nobis qua fuerit auctoritate haec scriptura Cratetis in codicibus carminum Homericorum afferendi sunt illi Vindob. 56 et Palat. Heidelb. 45; quam in codicibus iam ante saeculum p. Chr. n. XII. fuisse testis adest haud sane gravis in codice Vatic. 2930 s. XV. ubi Σ 489 = ε 275 sic legitur (cf. App. Serv. III, 2 p. 362, 17 Hag.): *οἵ καὶ δ' ἄμμορος* . . .; quae sane etiam sine Cratetis lectione ex voce *καί* superscripta supra elementa *Η* possunt explicari. Melius igitur est statuere quantum nos scimus Cratetis scripturam ante saeculum XII. p. Chr. n. in codicibus non legi. Certum vero est apud Homeri imitatores Crateteae editionis Homericae poeseos ne in hoc quidem versu memorabili exstare

---

1) *δέ οι* cod. B alt. m.; *οἵ* coniecit Schrad. ib., n. crit. ad l. 8 quod accepit Maass. ib. p. 190, 21; atque *οἷ* esse hodie scribendum certe scimus, quod hic secundum Cratetem pronomen reflexivum in usu est (cf. La Roche., hom. Unters. I, 1869, p. 128 sqq.). Ignoramus sane quid Crates scripserit ipse.

2) De dictione *κατὰ λέξιν* cf. e. g. Schrad., PIQ p. 2, 19. 3, 16. 4, 2 alibi.

3) Iam Friedemann., ed. Strab. Siebenkees., 1818, VII p. 180 dubitanter nimirum id senserat.

4) Crateteis nequit inseri propter Cratetis scripturam non acceptam scholion Arat. 322 (cf. AIR p. 40, 12 M.). Verba vero Eust. ad Σ 484 (1155, 36): *ἀλλ' ὁ ποιητὴς αὐτὰ σιωπᾷ, οὐ γὰρ τεχνολογῆσαι προηγουμένως ἐνεστήσατο* quae ab antecedentibus teste scholio *A* ad Σ 489 (Dind. II p. 172, 13/8) dirimenda sunt cum Cratetis doctrina tam bene conspirant (cf. Maass., Arat. p. 188), ut ex Cratetis libro ea promanasse censeamus.

5) Quae Vahlen. ex scholiis affert ut persimilia ab Aristotele prorsus sunt aliena; optime vero congruunt schol. *BT* ad v. (Dind. IV p. 192, 16; Maass. VI p. 272, 31). — Ceterum quam veteres putarint mythologi causam cur ursa non occideret exponitur apud Hyginum, Astron. II, 1 (p. 31, 14 sqq. Bunte.).

ullum vestigium (cf. Vergil. Georg. I, 138; Aen. III, 516 sq.; Ovid. Met. XIII, 293; Manil. I, 503).

Ceterum Maassius, l. s. s., Apollonii verba supra exscripta prave nobis iudicibus intellexit; cum enim demonstratum sit Cratetem scripsisse *οἵ · ἡ δ'* . . ., ex verbis *μέχρι τούτου καταλέγων* cogimur efficere, ut apud Apollonium finis enuntiati praecedentis ipsa ultima voce adpellatus sit; quapropter post verbum *δοκεύει* illud *οἵ* supplendum est quod facile post *δοκεύει* intercidere potuit. Sententiae vero suae exempla proferre Maassius qui hunc usum citandi antiquis hominibus neutiquam insolentem adpellat oblitus est. Quonam tandem in exemplo, etsi disertis verbis dicitur voce aliqua finiri enuntiatum, tamen in fine huius enuntiati hoc vocabulum ipsum desideratur? In scholio vero Arateo 956 quod Maassius affert nil nisi *γράφεται* antecedit; sed minus huc facit scholion *T* ad Ω 663: *Δίδυμος „μάλα γάρ“, οὐ „δέ“* quod quomodo possit omnino comparari sciat ipse.[1]) Igitur hoc *οἵ* suppleatur in Apollonii verbis necesse est. Quapropter quomodo docti viri huic mendo salutarem medicinam adferre olim sint conati singillatim recensere ac refutare iam opus non est.

Crates igitur ad versus Σ 489 et ε 275 haec fere adnotavit: *„οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο“ · ἀνιστόρητόν ἐστι τοῦτο · κατηγορητέον γὰρ κατὰ τὸν περὶ τῆς ἄρκτου λόγον · καθόλου γὰρ πάντα τὰ ἐν τῷ ἀρκτικῷ οὐ δύνει. ἡ δὲ λύσις κατὰ λέξιν ὑπάρχει. ἀναγινώσκω γὰρ οὕτως · „ἥ τ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει | ⟨οἵ⟩,“ μέχρι τούτου καταλέγων, „ἡ δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο,“ ἵνα τὸ συμβεβηκὸς αὐτῇ καὶ ἑτέροις τῶν ἄστρων ἀκούηται. ἀλλ' ὁ ποιητὴς αὐτὰ σιωπᾷ · οὐ γὰρ τεχνολογῆσαι προηγουμένως ἐνεστήσατο.*

Sed male Cratetem sic hos versus restituisse iudicandum est quod paucis verbis demonstrare volumus. Nullum enim exemplum apud Homerum potest inveniri ubi *οἵ* adhibitum pro dativo ethico spectat ad id eiusdem enuntiati quod subiectum dicimus (cf. Ebeling., lex. Hom. II s. v. *οὗ*, c. 107 a; Gehring., ind. Homer. s. v. *οὗ*, c. 634), sed Homerus hoc *οἵ* solet uti, cum in sententia secundaria hoc pronomen referendum est ad subiectum enuntiati principalis (cf. Ebeling., ib. II p. 106 b). Tum nullus invenitur versus Homericus in quo post primi pedis arsin nova incipiat sententia primaria, nisi hoc primi pedis monosyllabon sensu valde effertur

---

1) Quae contra Ludwichium Maassius, l. s. s., n. 29 dixit recte se habent.

atque ictu quodam premitur.[1]) Versus vero unicus qui aliquatenus comparari potest *K* 289 est; ubi tamen et pronominis positio excusari potest (cf. Leaf., ed. Il. I² p. 445) et litterae *ε* elisione res mirifica minuitur, cum hic hiatu novitas atque insolentia rei valde augeatur.[2])

Videmus ergo non sagacitate carere Cratetem, sed Homericae rationis dicendi subtilis atque ampla peritia. Qua ex re Crates hoc potissimum loco haud longe abest a more ac ratione Zenodoti et Aristophanis antecessorum Aristarchi qui item ingeniorum acumine magis quam loquendi usus studiis confisi omnes difficultates solvere se posse crediderant (cf. Roemer., SBMA, 1884, p. 312 n.). Talibus ergo in studiis omnes et priores et aequales primus longe superabat Aristarchus; quem etiam negasse omnibus in disciplinis[3]) Homerum quod Graecis a pueris persuasum erat multa et ampla scisse, sed censuisse vetustissimum poetam, quoniam non ita accurate ac perfecte omnia nosset ut homines posteriores, ex se ipso semper explicandum esse summa et gravissima eius laus semper erit. Crates nimirum nondum intellexit quantopere Homerus his in rebus ab hominibus posterioribus separandus sit. —

Appendicis instar hic addere volumus ea, quae Crateti Maassius obiter (cf. Arat. p. 168; AIR p. 348, 16 sq.) intrusit quem fugit locus satis gravis Et. Gud. c. 181, 46 sqq. scholio Lips. ad *Γ* 190 (c. 106 a 19 Bekk.) persimilis, grammatico Pergameno prorsus abiudicanda esse; quod alibi argumentis fulciemus.

FRAGMENTUM IX

In comparatione quadam legitur *T* 357: *ὡς δ᾽ ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται* cuius versus ultimum verbum omnes codd. praeter Vratislav. in quo exstat *ἐκπετέονται* exhibent *ἐκποτέονται*; idem legit Eust. 1188, 24. 33; 229, 31; 905, 27. Sed apud anonymum II (cf. Maass., Arat. p. 23; AIR p. 176, 25. 177, 25) legitur *ἐκποτόαντοι* quod apud Achillem rectius scribitur *ἐκποτόωνται* (cf.

[1]) Ante enuntiatum secundarium etiam vox non elata legi potest: cf. e. g. *Z* 140; *φ* 283; *ω* 84.

[2]) Hoc in hiatu *οἱ · ἣ δ᾽* per se haerendum non esse monstratur versibus *Π* 47; *I* 306. — cf. Hofmann., quaest. Hom. I p. 71 § 60.

[3]) In rebus geographicis item se gesserat Eratosthenes quo de vide Berger., Erat. frg. p. 28; Lehrs.² p. 246 sq.; Hergt. l. s. s. p. 43 sq.

Maass., Ar. p. 23; AIR p. 82, 10 sq.). Quod quoniam in verbis Crateti certe attribuendis adfertur cumque ubi Achilles ipse hunc versum adscribit (cf. Maass., Ar. p. 27, 33; AIR p. 83, 19) eo consilio, ut Cratetis sententiam repudiet, forma vulgata *ἐκποτέονται* legatur, Cratetem hanc hoc in versu formam legisse certum est. Deberi vero huius Cratetis scripturae memoriam Diodoro Alexandrino et Posidonio Maassius in Arateis p. 34 procul dubio recte coniecit. Quae forma recte ficta est a verbo *ἐκποτάομαι*: solet enim Homerus in verbis in *αω* exeuntibus *ο* vocalem ponere ante *ω* contractum quem usum viri docti veteres *ἔκτασιν* vocant:[1]) cf. e. g. *ϑ* 561 *ἐκπερόωσιν*; *λ* 503 *βιβόωνται*. Formas vero a verbo *ποτάομαι* derivatas habes apud Homerum[2]) in *B* 462 *ποτῶνται* et 315 *ἀμφεποτᾶτο*, cum verbum *ποτέομαι* exstet in *ω* 7. *λ* 222. *B* 90 (cf. Gehring. ind. Hom. c. 705). Quapropter hanc verbi formam etiam secundum Homeri usum loquendi recte fictam esse affirmamus.

Igitur Cratetis scriptura *ἐκποτόωνται* eodem iure ac vulgatum *ἐκποτέονται* legitur.[3]) Unde vero Crates hanc ceperit dispici nequit. Id vero contendere audemus hanc variam lectionem haud aspernandam monstrare quae olim legeret Crates verba Homeri non semper atque ubique cum textu vulgato congruisse cuius reliquiae nunc fere solae sunt servatae. Ne vero ad editionem Cratetis ipsius hanc variam scripturam pertinere credamus, impedimur verbis Achillis et anonymi II ipsis quibus Cratetem hunc versum sic in disquisitione quadam attulisse adparet.

FRAGMENTUM X

Agitur de versu *Φ* 195 expellendo aut servando: 194 sqq.: *τῷ* (scil. *Διί*) *οὐδὲ κρείων Ἀχελώιος ἰσοφαρίζει | οὐδὲ βαθυρρείταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο, | ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα | καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.* Ex codd. adhuc inspectis in uno Bodleiano, misc. 207, abesse versum docuit nos Allen.,

[1]) cf. Ribbeck., hom. Formenlehre, 1873, p. 46 § 12 a; van Leeuwen. et da Costa., hom. Dialekt, germ. vertit Mehler., 1886, p. 85.

[2]) Ubi apud alios scriptores *ποτάομαι* legatur vide s. v. *ποτέομαι* apud Steph.-Dindorf., thes. Gr. ling. VI c. 1526 sq.; Herwerden., lex. suppl. p. 681 et append. p. 178.

[3]) Memorabile est formam *ἐκποτάονται* postulare Leeuwen. et da Costa., hom. Dialekt. p. 91 no. 52.

class. rev. XIV p. 17; utrum fortuito versus absit necne latet. Legebant eum auctores Porphyrii ad Ξ 434 (Schrader., PIQ p. 198, 6. 8. 14 sqq.) et Quintilianus X, 1, 46. Omisit eum auctor Pausaniae VIII, 38, 7.

Quid vero Crates hoc de versu statuerit cognoscimus ex schol. Gen. I ad Φ 195: *Κράτης δὲ ἐν β' τῶν Ὁμηρικῶν δεικνύς,*[1]) *ὅτι Ὠκεανὸς „Μεγάλη Θάλασσα“ · „ταῦτα γάρ, φησιν,*[2]) *μόνως ἂν ἁρμόττοι ῥηθῆναι περὶ τῆς ἐκτὸς θαλάσσης ἣν ἔτι καὶ νῦν οἱ μὲν „Μεγάλην Θάλατταν“, οἱ δὲ „Ἀτλαντικὸν“ προσαγορεύουσιν. ποταμὸς δὲ ποῖος ἂν δύναιτο ταύτην ἔχειν ⟨τὴν⟩*[3]) *δύναμιν; καίτοι γ' ἔνιοι ἐξαιροῦντες τὸν περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ στίχον τῷ Ἀχελῴῳ περιτιθέασι ταῦτα ὃς οὐχ ὅτι τῆς θαλάσσης μείων*[4]) *ἐστίν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κόλπων, λέγω*[5]) *δὴ Τυρρηνικοῦ καὶ Ἰονίου.* Quae vero sequuntur de scientia Homeri physica ex qua pendeant et Hippo et Xenophanes physici ad critica studia non pertinent.

Tres rationes possunt excogitari quibus Cratetis liber hoc loco fuerit dispositus: Aut Crates Oceanum apud Homerum magnum mare esse demonstravit in explicatione ad quemlibet Homeri versum adscripta; quam sententiam ut ex Homero ipso argumentis fulciret, alios versus collegit ex quibus unus erat Φ 195. Itaque hic quae de Φ 195 sqq. Crates dixit sola a scholiorum auctore hac ex disquisitione satis ampla exscripta sunt.[6]) Aut Crates etiam ad hunc versum quod alibi fecit his verbis iudicavit Oceanum apud Homerum idem valere posse ac Magnum mare, cum aliis locis (cf. e. g. Wachsmuth. p. 52 ad μ 1) flumen Oceanum Homericum esse affirmaret. Quo comprobato de singulis deinceps versibus Crates in *Ὁμηρικῶν* libris putandus est disputasse. Sed sic fuisse *Ὁμηρικά* disposita minus est probabile: primum enim et verbis

[1]) Sic cod.; quod olim Wachsmuth., mus. Rhen. XLVI p. 553 mutavit in *δεικνύει*, recte servavit Diels., Frg. d. Vorsokrat. p. 235, 9.

[2]) Cod. pro *φησιν* habet *ἄν* quod ex *φησιν* compendio scripto natum esse Wachsmuthius benevolenter nos docuit, ita ut nunc *δεικνύς* servaret.

[3]) *τήν* edidit Nic., omittunt Wachsmuth., Maass., Ar. p. 184, Diels.; quam vocem cum necessariam arbitremur, denuo adicimus.

[4]) Cod. *μείζων* quod, quoniam sensum praebet contrarium, iam Nic. in *μείων* correxit.

[5]) Cod. *λέγει* quod iam Nic. in *λέγω* mutavit recte.

[6]) Pari modo Aristonicus ex Aristarchi libris ubi sententiae prolatae argumentis ex Homero petitis erant stabilitae singulorum versuum signis adscripsit explanationes.

δεικνὺς ὅτι Ὠκεανὸς „Μεγάλη Θάλασσα“ et Cratetis propriis verbis quae illa subsequuntur grammatici doctrina tantummodo repetitur quod vix est tolerabile; tum illa particula *γάρ* (*ταῦτα γάρ κτλ.*) indicatur verbis subsequentibus opinionem confirmari antea a Cratete prolatam. Aut Crates versuum Homericorum ordinem hoc in opere omnino secutus non est, sed certas quasdam quas sibi proposuerat tractandas solvit quaestiones quas versibus Homericis illustravit.[1]) Qam sententiam Wachsmuth., mus. Rhen. XLVI p. 552 sq. suam fecit eo maxime inductus, quod scholii *A* ad *O* 189 verba ad elementorum doctrinam Stoicam pertinere perperam (cf. p. 31 sqq.) sibi persuaserat; quapropter huic coniecturae argumentum unicum ereptum est, ita ut illarum duarum coniecturarum nullam aliquo modo praevalere profitendum sit.[2])

Crates igitur qui versu Φ 195 sibi persuaserat Oceanum et Magnum mare apud Homerum non esse segreganda ea re impeditus est, quod fuerunt qui hunc versum Homericum non putarent; contra quos pugnavit, cum dixit: quomodo fieri potest, ut flumen fons sit omnium in terra aquarum? Sic vero explicanda esse verba Cratetis *ποταμὸς — δύναμιν;* demonstratur verbis *καίτοι γ' ἔνιοι κτλ.* Quae cum ita sint, contra Aristarchum quem Oceanum Homeri censuisse scimus flumen, non mare (cf. Lehrs. [2] p. 174; adde Eust. ad *E* 6 [514, 37]; Cramer., AP III p. 139 ad *Λ* 423) haec Cratetis verba posita non sunt. Neque vero Aristarchus a Cratete inter illos quos reprehendit poterat comprehendi, quod uterque idem censebat de O c e a n o fonte aquarum versumque Φ 195 genuinum rebatur (cf. schol. Ariston. *A* Gen. I Ox. ad Φ 195; *A* ad *Υ* 7). Sed mirandum sane est, quod Crates Aristarchi qui tot in rebus eius erat adversarius hac in re mentionem non fecit ipsius grammatici verbis hic traditis, praesertim cum Aristarchus in eo perperam secundum Cratetem cum illis quos impugnat Crates consentiret, quod ex flumine, etiamsi non ex Acheloo, omnes aquas originem capere adnotabat. Quare procul dubio evincitur Cratetem studia

[1]) Hac forma Porphyrii liber genuinus de quaestionibus Homericis videtur fuisse: cf. Schrader., PIQ p. 443.

[2]) Novo hoc *Ὁμηρικῶν* frustulo refutatus est Balsamo, l. s. s. Si vero ex eo, quod scimus Cratetem de genere ac tempore Homeri egisse idem elici posse contendit argumentum de *Ὁμηρικῶν* dispositione, hoc hodie ne ipsum quidem iam credere censemus. — Futilia de *Ὁμηρικῶν* natura protulit Stern. in programmate: Homerstudien der Stoiker, Loerrach. 1893, p. 37.

Homerica quae in Ὁμηρικοῖς inerant prius suscepisse quam Aristarchus hanc sententiam suam divolgarat. Dolendum igitur, quod nescimus quando quoque in libro Aristarchus hanc doctrinam protulerit; quapropter quando Crates Ὁμηρικά ediderit statui nequit. Sed id nunc certum est Aristarchum contra Cratetem pugnasse; itaque illa explicatio Aristonicea διπλῆς ad Υ 7 adscriptae eis adnumeranda est quas ex Aristarcheis contra Cratetem sententiis Aristonicus servavit (cf. Wachsmuth. p. 30).[1])

Sed iam commentandum est qui sint illi quos Crates versum Φ 195 eicere commemorat; qua disquisitione etiam potest cognosci, utrum versus servandus an abiciendus sit. Ac statim dicendum est versum antiquissimis iam temporibus suo loco fuisse: nam Hesiodeae Theogoniae versibus 337/70 aperte indicatur quantopere Homericus versus poetam Boeoticum commoverit. Tum Hecataeum Milesium (cf. Stein., ed. Herod. ad II, 21 et Mueller., FHG I p. 19 fr. 278) in eo, quod censuit Nilum flumen, cum ex Oceano aquam sumeret, accessionem pariter ac recessionem facere,[2]) assentatorem fuisse Homeri propter hunc potissimum versum Sengebusch., diss. Hom. I p. 147. 149 sq. dilucide cognovit.[3]) Gravissimus vero hac in re Hecataei oblocutor Herodotus[4]) utrum legerit versum Φ 195 necne, etsi illud Sengebusch., l. s. s. p. 148 affirmavit, nullo modo potest investigari. Sed etiam aliis in rebus Hecataeo hic versus Homericus fuit exemplo ad imitandum: nam quae et de Phaside flumine ex Oceano profluente (cf. schol. Apoll. Rhod. Arg. IV, 259)[5]) et de Argonautis dixit eorumque reditu (cf. schol. Apoll. Rhod. m. all.), ea ex versu Φ 195 cepisse exordia quis est qui verbis illis

[1]) Lehrsium in scholio Ariston. *A* ad Υ 7, l. s. s., recte coniecisse sequitur ex verbis scholii Ariston. *A* ad Φ 195: διὸ καὶ κατὰ τιμήν φησιν „οὔτε τις οὖν ποταμῶν ἀπέην νόσφ' Ὠκεανοῖο“ (Υ 7); quem versum tam contorte explicare opus ei non erat, si Aristarchus Ὠκεανόν etiam θάλασσαν apud Homerum esse posse censuisset.

[2]) Haud aliter fortasse iudicavit Euthymenes: cf. Sengebusch. l. m. s. p. 94; Diels., Doxogr. p. 385 A 1. Aliter ac vix recte huius doctrinam explicare est conatus Berger., wiss. Erdkunde ² p. 132 sqq.

[3]) Erravit igitur Berger., l. m. s. ² p. 45 n. 4. 93 sq. 131 sqq. 135 sq. 158 sq. 376. Verba enim tradita accuratiora magisque sunt perspicua quam ut possint aliter ac vulgo fit intellegi.

[4]) cf. Herodot. II, 23. IV, 8. 36; schol. Arat. 26 (Maass., AIR p. 343, 18).

[5]) Contra hanc Hecataei opinionem pugnant et Eratosthenes ἐν γ' Γεωγραφικῶν (cf. Berger., Erat. frg. p. 327) et Artemidorus ἐν ἐνάτῳ Γεωγραφικῶν (cf. Stiehle., Philol. XI p. 236 frg. 136).

accurate perquisitis neget? Deinde versum noverunt et Sophocles (cf. Inachi frg. 248 N.[2]) qui Inachum allocutus est παῖ τοῦ κρηνῶν πατρὸς Ὠκεανοῦ et Euripides, Hippol. 121, ubi, ut fontis vocem exprimeret, poeta posuit verba Ὠκεανοῦ ὕδωρ. Quo loco fabulae a. 428 in scaenam productae Euripidem ex Homero pendere iam a Didymo animadversum est (cf. schol. Eurip. ad v. [Dind., schol. Eur. I p. 93, 4.7; Schwartz., schol. Eur. II p. 21, 1 sq.]; Eust. ad Β 821 [353, 12]; ad Δ 475 [500, 43]; vide Schmidt., Did. p. 84 sqq.). Quibus huius versus Φ 195 testimoniis addenda sunt quae ex Cratetis Ὁμηρικοῖς lucramur, ita ut, cum Xenophanem Homericorum versuum esse imitatorem non tam in propatulo sit. Hipponis nimirum ex verbis hunc philosophum ad suam sententiam Homeri versibus admotum esse statuendum sit. His igitur testimoniis[1]) versum Φ 195 Homericum inde a saeculo VII. usque ad V. exiens habitum esse demonstratur. Contra quod nil valet, quod sunt qui consuetudinem Graecorum sermonis secuti Ἀχελῷον aquam fluentem simpliciter significare putarint.[2]) Qui omnes inter illos quos Crates vituperat non sunt habendi.

Igitur iure Cratetem versum Φ 195 servasse dicendum esset, nisi dici posset illa quae supra versus testimonia attulimus profluxisse ex sententia quam omnes Graeci habebant de O c e a n o omnium aquarum patre, ita ut his ex testimoniis nihil de Homeri versus fide concludi posset. Quod tamen refutandum est: nam primum quidem nemo inter veteres hanc popularem sententiam affert; deinde memorabile esset, si, quamvis haec opinio omnibus esset nota, viri docti, Thaletem dicimus geographos ante Herodotum Hecataeum Xenophanem, talia de Oceano dogmata velut suas ipsorum doctrinas vendidissent; tum habemus testimonia Herodoti

[1]) Alia in medio sunt relinquenda velut Aristophanis Nubium versus 271 verba Ὠκεανοῦ πατρός potius ad nubes referenda (vide versum 277), Aristotelis μετεωρ. α' 9 (347 a 6), β' 2 (354 b 16) verba nimia obscuritate quae laborent, hymni Orphici περὶ Ὠκεανοῦ, LXXXIII Abel., versus propter incertum auctoris tempus.

[2]) cf. Welcker., Griech. Götterlehre III p. 44 sqq.; de Wilamowitz., Eur. Heracl. I ¹ p. 272 n. 18; Wentzel., PWRE I, s. n. Achel. no. 8 c. 214 sq.; adde nunc Panyassin et Pindarum in scholiis Ox. ad Φ 195, verba Didymi, ibid., c. IX, 21, versum Sophoclis in lexico Messan. ex Ori libris περὶ ὀρθογραφίας excripto (cf. Reitzenstein., Gesch. d. gr. Et. p. 289 sqq.), fol. 280 v. 22, mus. Rhen. 1892 p. 406. Praeterea inspice Roscher., lex. mythol. III, 1 s. v. Oceani c. 809 sqq. (Weizsaecker.); I s. n. Achel. c. 7 sq. (Stoll.).

Aristotelis Didymi: Herodotus enim dixit Oceanum nihil esse nisi poetarum lusum (cf. supra p. 50 n. 4); Aristoteles vero in *μετεωρ. β'* 2 (354 b 16) hanc de Oceano doctrinam a nonnullis tantum doctis viris in quibus secundum hoc Cratetis novum fragmentum etiam Hippo est intellegendus acceptam esse testatus est; Didymus autem diserte eos qui patrem omnium aquarum Oceanum censent *Ὁμηρίζοντας* nominavit (cf. Eust. ad *B* 821 [353, 12]; vide supra p. 51). Denique nisi hanc fuisse communem opinionem negamus, explicari nequit cur fuerint qui forma Homericorum versuum vulgari omissa communem Graecorum de Acheloo sententiam sequerentur (cf. e. g. Megaclidem in scholio Ox. ad *Φ* 195). Itaque re vera *Φ* 195 non solum ante Megaclidem, sed etiam ante Euripidem Sophoclem Hipponem Xenophanem Hecataeum Hesiodum hoc loco legebatur; quod certissimum est, ex quo tempore poemata Homerica iam erant ea forma quam hodie praebent; quod demonstratur illo consensu quem Aristarchus olim observavit cum sententia de Oceano aliis locis apud Homerum obvia. Sed etiam certum est tres versus 195/7 arte inter se esse coniungendos, ita ut simul a poeta factos eos esse censeamus; nam secundum illam de Acheloo popularem opinionem quantum scimus mare non ex Acheloo erat; quapropter versus *Φ* 195 s o l u s confodi omnino nequit.[1]) Laudabimus igitur Cratetem, quod versum illum pulcherrimum, etsi non ignoravit fuisse qui eum spurium haberent, non eiecit, sed servavit.[2]) Quamquam argumentum quo confirmare sententiam suam est conatus Cratetem sumpsisse concedendum est ex orbis terrarum notitia quam homines tunc habebant, non Homeri temporibus: Tyrrhenum enim et Ionicum mare quae partes tantummodo sunt magni Oceani maiora sunt quam ut possint profluere ex fluvio qui influit in ea. Igitur etiam hoc loco Homero a Cratete perperam inculcatur accurata orbis terrarum scientia quod mirandum non est, quoniam qualis sit carminum epicorum natura Cratetem prorsus fugit, cum Aristarchus Homerum etiam hic ex se ipso explicandum esse recte adnotarit. Quapropter cum Cratete et Aristarcho versum *Φ* 195 servandum

---

[1]) Recte etiam Duentzer. p. 172 alia via Zenodotum reiecit; falso igitur iudicarunt Bergk., Jhrbb. 1860 p. 394 n. 97; Weil., Journ. d. Sav. 1900 p. 103.

[2]) Quantopere igitur erraverit quondam Lehrs. [2] p. 174 § 2, 2 in aprico est. Cuius ex verbis nequaquam ironice dictis ostensum est et Lehrsium putasse textum quem nunc habemus Aristarchi ex recensione traditum esse; quod recte Ludwichius iterum iterumque refutat.

esse censemus, sed commoti Aristarchi et nostra ipsorum argumentatione quam supra proposuimus, non Cratetis.

Sed nominibus notari nequeunt quos Crates in animo habuit, cum scripsit *καίτοι γ' ἔνιοι ἐξαιροῦντες κτλ.* Nos ergo demonstrare satis esse debet re vera fuisse et ex philosophis et ex poetis et ex editoribus qui versum neglegerent. Megaclides enim Peripateticus diserte est testatus versum se Homericum quamvis nosset omisisse ac neglexisse, quoniam nullum maiorem Acheloo fluvium esse omnes censerent ex quo nascerentur omnia flumina: cf. eius verba in scholiis Ox. Gen. I ad *Φ* 195 petita ex *α' περὶ Ὁμήρου* (cf. Ludwich., Berl. philol. Wschft. 1892 c. 806). Ceterum Apione apud Porphyrium ad *ζ* 204 (Schrader., POQ p. 62, 5) qui eodem usus est argumento versum *Φ* 195 ignorarit dispici nequit.[1]) Tum in scholiis Ox. ad *Φ* 195 ante Megaclidis verba afferuntur poetae alicuius quem de Wilamowitz., Goett. Gel. Anzgn. 1900 p. 42 sine argumentis epicum quendam vetustissimum putat nonnulli versus; quorum ex forma et item ex verbis subsequentibus certum est poetam, etsi versus *Φ* 194 sqq. habebat ante oculos, tamen *Φ* 195 ita non spectasse, ut omitteret[2]): inspice duorum hexametrorum partes quae servatae sunt: —⏑⏑— *κατέλεξ'(α) Ἀχελωίου ἀργυροδίνεω | ἐξ οὗ πᾶσα θάλασσα* . . . Quod vero hic etiam totum mare ex Acheloo originem sumpsisse affirmatur cuius sententiae alibi nullum est testimonium, explanatur eo, quod auctor et Homeri versus et communem illam Graecorum de Acheloo opinionem secutus est; quod mirandum non est, quoniam Panyassin quoque Pindarumque idem fecisse statim videbimus. Quis vero fuerit qui tantam Homero vim intulit incertum; certum non fuisse eum Xenophanem quod voluit Allen., class. rev. XIV p. 17. Praeter hos vero non scripsit versum Zenodotus Ephesius: cf. Aristarchum apud Didymum (cf. Ludwich., AHTK I p. 463, 24) et Aristonicum.[3]) Verbum

---

[1]) Apioni enim haec Porphyrius debet nostra quidem sententia: cf. Porphyriana l. 7 sqq. cum scholiis Apion. *HQ* ad *δ* 563 = Eust. 1509, 31. Et quadrant optime ad Apionem hoc loco et Aristarchi doctrinae amplificatio (cf. Aristarchum apud Strabonem I, 2, 24 p. 31 C. ex Apollodoro) et Cratetis *ἐξωκεανισμοῦ* refutatio verbis his: *θαυμαστὸν γάρ, εἰ δούλην τινὰ ἔξω στηλῶν Ἡρακλείων ἐμπορευσάμενός τις ἐπώλησεν* (cf. *η* 8).

[2]) Falso igitur iudicaverunt Grenfell. et Hunt. editores, Ox. Pap. II p. 79 in adnot. ad l. 1—3. — De versus initio v. Ox. IV. p. 261.

[3]) cf. scholia Ariston. *A* Gen. I ad v. secundum quae scholion Ariston. Gen. I alterum, p. 197, 16 N. sic putamus restituendum esse: <*Ἀριστόνικός φησιν*· ⁒,>

vero ἐξαιρεῖν[1]) quo Crates usus est quodque significationem habet excipiendi omittendi neglegendi[2]) quadrat ad hos tres omnes, cum et de scriptoribus poetis editoribus dici possit et illo verbo aliqua ex parte adumbratum sit eum qui omisit versum quendam Homericum eundem versum tamen nosse. Neque enim Zenodotus quem praetermisit versum ignoravit. Omisit vero eum grammaticus Ephesius utpote qui etiam alibi coniecturis suis Homeri verba quam maxime commutaverit (cf. Lehrs. ² p. 357; Ludwich., ind. lect. Reg. 1892 p. 12; Cohn., PWRE II c. 867, 60. 868, 32), non fretus manuscriptis versu qui carebant quod contendit Weilius, Journal des Savants 1900 p. 103,[3]) sed ea de causa, ne Homerus ab usu illo

ὅτι Ζηνόδοτος <οὐ γράφει> τοῦτον <τὸν στίχον. Ἀρίσταρχος δ' οὐκ> ἠθέτηκεν· αἰρ-<ομένου γὰρ αὐτοῦ ἐξ Ἀχελῴου ῥεῖν τοὺς ἄλλους πάντ>ας. Quae verba ab omni initio erant hoc in scholiorum optimorum corpore, sed iterum iterumque scribendo tam reddita erant obscura, ut integra Aristonici adnotatio rursus adscriberetur. cf. hac de re Nicole., l. s. s., praef. p. LXXVIII, de alio loco Ludwich., Berl. philol. Wschft. 1892 c. 806, de scholio Φ 282 nos infra p. 58 n. 3. Quae altera Aristonici adnotatio petita est ex fonte cui similis erat is qui adhibitus est in IV virorum illo commentario a Veneto A codice optime servato; quo tamen commentario antiquiorem fuisse illam collectionem, quamvis auctam altero illo loco Aristoniceo, demonstratur eo, quod in scholiis carminis Φ optimis neque Nicanoris τοῦ Στιγματίου quo de falso iudicavit Nicole. I, praef. l. s. s. neque Herodiani libri (cf. infra p. 69 n. 1) adhibiti sunt.

[1]) Verbum ἐξαιρεῖν de Aristarchi arte critica neque ab Aristonico neque a Didymo adhiberi Ludwichius adnotavit. Igitur constat Aristarchum nullum versum quem exhibebant codices ab eo in curandis editionibus inspecti radicitus delevisse, sed ἀθετῆσαι, i. e. obeli signo in margine notasse, simulatque Homericum versum non esse sibi persuaserat (cf. Lehrs. ² p. 346; Ludwich., AHTK I p. 72 sqq. 318, 32. 439, 10. II p. 139 sq.).

[2]) Valet igitur plane idem atque apud Plutarchum, πῶς δεῖ τὸν νέον κτλ., p. 26 F. Sed nimis audacter Ludwichius in ind. lect. Regimont. 1892 p. 26 n. 2 quod iteravit in Homervulgata p. 41 n. coniecit Plutarchum hoc in verbi usu ex Cratetis ratione pendere. Contra ἐξαιρεῖν a Plutarcho adhibitum est propter natura insitam significationem, ut exprimeret versus Ι 458/61 apud Aristarchum non adesse. Hos vero esse opinamur ex exemplari qualia nuper complura ex terra Aegyptia effossa sunt versibus suppositis aucta. Talia vero Aristarchus in studiis criticis von curavit, Crates hic vel illic inspexit.

[3]) Weilii argumenta corruunt et propterea, quod versus Φ 195 hic inde ab Hesiodi temporibus legebatur (cf. supra p. 50 sqq.), et ex eo, quod per se veri est similius versum qui cum sententiis alibi apud Homerum obviis optime congruit genuinum esse quam postea inculcatum, ut differentia deleretur. Versu vero *B* 848 a (cf. schol. *T* ad Φ 140) qui genuinus videtur esse (cf. v. Leeuwen., Mnemosyn. XXXII p. 448) hoc loco nihil demonstratur; quod tamen Weilius perperam credebat.

Graecorum quem ab Aeschyli et Pindari temporibus usque ad suam aetatem Callimacho, ep. 29 Wilam. ², teste vigere Zenodotus scivit dissideat. Attamen Crates nihil aliud voluit nisi paucissimis verbis id commemorare fuisse qui versum omitterent quem ipse pro argumento habuit in disquisitione quid sit apud Homerum Oceanus, cum eorum quos in animo habuit nomina non curaret. Videmus idcirco iam apud κορυφαίους grammaticae vel criticae artis (cf. Strab. I, 2, 24 p. 30 C.) exstare usum parum accuratum quo aliorum sententiae afferuntur sine nominibus; qua ratione usus est itidem Aristarchus (cf. Ludwich., AHTK I p. 130 § 40).

Perperam igitur contenderunt Wachsmuthius in mus. Rhen. XLVI p. 553 alii inter illos quos verbo ἔνιοι Crates comprehendit et Zenodotum et Megaclidem inesse qui in scholiis Gen. statim ante Cratetem afferuntur. Atque certis argumentis refelli potest hic Zenodoti Cratetem habuisse rationem: quamquam enim ut Alexandriae ita Pergami ἀντίγραφα Ζηνοδότεια praesto esse poterant, quamquam ut Zenodotus (et Eratosthenes) ita Crates numeros a poeta permisceri posse existimavit (cf. Wachsmuth., de Crat. Mall. p. 20), tamen potest monstrari Cratetem in studiis criticis Zenodotum omnino neglexisse[1]): nam in versu *O* 23 quem Zenodotus non scripsit (cf. Duentzer. p. 169) Crates vocem *ΒΗΛΟΣ* accentu circumflexo scribendam esse affirmavit; deinde quamquam Zenodotus versum Σ 489 obelo apposito addubitavit, Crates hanc dubitationem prorsus neglexit; tum in versu ϑ 22 quem Zenodotum obelo notasse certum est, Crates ita eum secutus non est, ut hunc versum explicando servaret, cum versum ϑ 23 quem item Zenodotus obelo confodit aut mutaret aut omnino ignoraret. Explicationem vero quam Wachsm. p. 20 sq. de explanatione usus τῆς περιεστιγμένης διπλῆς quae legitur in anecdotis et Romano et Veneto protulit, cum nullo argumento possit stabiliri, sed mera sit coniectura, prorsus abicimus. Verba vero haec, cum ab homine sic, ut hodie leguntur, scripta sint qui parum accurate Aristarchi studia Homerica novit, mendis laborant de quibus id hic adnotare volumus verba πρὸς τὰς γραφὰς καὶ Κράτητος καὶ αὐτοῦ Ἀριστάρχου καὶ τὰς διορθώσεις αὐτοῦ ad explicationem τῆς περιεστιγμένης διπλῆς perperam adscripta esse ex verbis usum τῆς ἀπεριστίκτου διπλῆς illu-

[1]) Quomodo verba Herodiani ad Λ 754 tradita sint explicanda supra diximus p. 16 sqq.

strantibus. Illud enim *πρός* hic „in, ad“ more solito significat. Aristarchum vero ad suas ipsius et Cratetis scripturas *διπλῆς* notam adposuisse saepissime in disquisitione nostra commemoravimus. Itaque sana sunt omnia, praesertim cum illud *διορθώσεις* optime possit valere „explicationes emendatiores“. Omnes igitur qui alias coniecturas protulerunt (cf. Wachsmuth. p. 20 n. 4; 21 n. 1) erravere.

Ac recte nos negasse certos quosdam illo *ἔνιοι* Cratetem in mente habuisse dilucidum est ex verbis Seleuci[1]) in scholio Ox. ad *Φ* 195 quem esse Seleucum grammaticum ex aliis locis schol. Ox. (c. VI, 15; XV, 16) par est credere. Qui Seleucus scripsit ante Strabonis geographiam confectam (fere XVIII p. Chr. n.; cf. Christ.[4] p. 711 c. n. 4 et 5)[2]) et post Demetrium Ixionem[3]) et Tryphonem[4]) a Didymo adhibitos qui sub imperatore Augusto vixerunt. Idem igitur est hic Seleucus atque ille Graeculus quem Tiberius necandum curavit.[5]) Seleuci vero verba sic sunt restituenda[6]): *⟨Σέλ⟩ευκος δ'⟨ἐν ε΄ τῶν διορθωτικῶν*[7]) *ἀθετεῖ τὸν στίχον θέλων ⟨πάντα⟩*[8]) *ἐξ 'Αχελῴου ῥεῖν· τὸν γὰρ αὐτὸν 'Ωκεανῷ 'Αχελῷον ⟨εἶναι⟩·*[9]) *καὶ*

[1]) Nomen nullo alio modo nisi *<Σέλ>ευκος* potest suppleri.

[2]) cf. Reitzenstein., Philol. LV p. 193; Gesch. d. gr. Etym. p. 164 frg. 61.

[3]) cf. Max Mueller., de Sel. Hom., Diss. Gott. 1891 p. 28 n. 1; p. 2 sq. 45 frg. 42. De Demetrii vero aetate vide Hesychium Milesium apud Suidam I, 1 p. 1246 Bernh. ubi verba *ὅτι τῷ διδασκάλῳ 'Αριστάρχῳ ἀντήρισεν*, quibus cognomen Ixionis explicetur, de aetate vero eius nihil omnino dicatur, hac in re premenda non sunt. Praeterea quem Demetrius *κατὰ τῶν 'Αριστάρχου σημείων* scripsit librum composuit post Aristonici librum notissimum, cum hic Demetrio nusquam uteretur auctore. Ex argumento vero quod protulit Rohde., mus. Rhen. XXXIII p. 168 nihil potest effici.

[4]) cf. Reitzenstein, Gesch. d. gr. Et. p. 376 c. n. 2, p. 307 c. n. 2.

[5]) Cum sit Seleucus recentissimus scriptor in scholiis Ox. prolatus, statuendum est quantum in verbis tam mutilis omnino potest dici scholia Ox. collecta esse post annum XVIII. p. Chr. n. vel, ne nimis audacter nos gerere videamur, post annum XXXVII. p. Chr. n. quo Tiberius mortuus est auctor Seleuci necis (Suet. Tib. 56).

[6]) Ante nos Seleuci verba tractarunt Weil., Journ. d. Sav. 1900 p. 102; de Wilamowitz., Goett. Gel. Anzgn. 1900 p. 42; Bergk., PLG I[5] ed. Schroeder. p. 481; Rutherford., class. rev. XIV p. 18 qui alii alia in re erraverunt.

[7]) cf. Rutherfordium. Maxime nos adiuvat scholion Ox. ad *Φ* 290, 2 ex *ε΄* Seleuci *διορθωτικῶν* petitum, cum verbis quae hic leguntur simile sit.

[8]) Hoc recte inseruit Bergk., Jhrbb. 1860 p. 395 n. 98.

[9]) cf. scholion *T* ad *Φ* 194 quod huc pertinere demonstratur et doctrina Seleuci ex argumentis ab eo prolatis accurate restituta qua in re haud feliciter se gessit Rutherford. et eo, quod pars scholiorum *T* cum scholiis Ox. arte coniuncta est: cf. Grenf. et Hunt., Ox. Pap. II p. 56 sq.; adde scholion Seleuci Ox. ad *Φ* 290 c. XV, 16 et scholion *T* ad v. (Maass. VI p. 352, 34).

γὰρ Πανύασσιν[1]) *λέγειν⟩ ἐν ε' Ἡρακλείας· „πῶς δ' ἐπορ⟨εύθ⟩ης ῥεῦμ'(α) 'Αχελωίου ἀργυροδίνα 'Ωκεανοῦ ποταμο⟨ῖο παρ'⟩*[2]) *εὐρέος ὑγρὰ κέλευθα;“ τοῦτο δὲ ἐμφαί⟨νει⟩ν καὶ Πίνδαρον λέγοντα τὸν αὐλητικὸν κ⟨ά⟩λαμον „'Αχελῴου κρανᾶν“, τοῦ ὕδατος· „πρόσθα μέν σ' 'Αχελωίου | ⟨τ⟩ὸν ἀοιδ⟨ότα⟩τον εὐρωπία*[3]) *| κρανᾶν ἕλ⟨ικό⟩ς*[4]) *τε ποταμοῦ ῥοαὶ τρέφον κάλαμο⟨ν.“*[5]) *ἑ⟩τέρως γοῦν λέγειν* (scil. *Πίνδαρόν φησι Σέλευκος τὸν αὐλητικὸν κάλαμον*)*· „'Ωκεανοῦ π⟨αῖδ⟩α*[6]) *κρανᾶν.“*[7]) *πολλούς τε πρὸ Δήμητρο⟨ς⟩ θύειν 'Αχελῴῳ, ὅτι πάντων ποταμῶν ὄνομα ὁ 'Αχελῷος κα⟨ὶ⟩ ἐξ ὕδα⟨το⟩ς καρπός.* Erant igitur multi qui Homeri versu neglecto illum communem Graecorum usum sacrum sequerentur. Quorum quos Crates in animo habuerit dispici nequit.

Cratetis vero et Seleuci opiniones inter se nobis comparantibus haec sunt monenda: sprevit Seleucus Cratetis sententiam de versu *Φ* 195 servando; sprevit item Homeri notitiam geographicam. Sed in eo ab Aristarchi ratione prorsus recessit et cum Cratete consensit, quod ex Homeri imitatorum scriptis doctrinam suam stabilire est conatus. Cum vero Crates haec exempla eo consilio proferret, ut Homerum scientiarum patrem esse monstraret, Seleucus haec ad artem criticam ipsam factitandam adhibuit; qua in re quam leviter se gesserit nemo non videt.

Iam vero addamus quomodo alibi Seleucus Cratetis studia Homerica intuitus sit. Sed primum breviter adnotemus Seleucum Cratetis vestigiis in eo institisse, quod eum *ὑπόμνημα* scripsisse de Solonis *ἄξοσι* ex lexico Photii, s. v. *ἀργεῶνες* certum est (cf. M. Muell. p. 5. 45; Reitzenstein., l. s. s. p. 164 sq. frg. 59); Cratetem

[1]) cf. de Wilamowitz. quem et fragmentum Panyassidis apud Pausaniam X, 8, 9 et ea res adiuvant, quod etiam alio loco Seleucum Panyassidis carmine usum esse scimus: cf. frg. 65 M. Muell.

[2]) Correximus; quae vero Grenf. et Hunt. restituerunt *ποταμο<ῖο δι'>* bonum sensum non praebent.

[3]) Vox adhuc ignota, sed secundum linguae leges recte derivata (cf. *εὐρωπός* in Eurip. Iph. Taur., 626).

[4]) Wilamowitzio igitur et Grenf. et Hunt. (Ox. IV. p. 261) non assentimur.

[5]) De metro v. nunc Schroeder, l. s. s. p. 481.

[6]) Pap. *πε<.>α* quod mendum esse pro *παῖδα* recte iam editores primi perspexerunt.

[7]) Quae vis insit in his argumentis a Seleuco allatis Platt., class. rev. XIV p. 19 recte interpretatus est.

enim rationem Solonis ἀξόνων habuisse testatur frg. XI.[1]) Sed hoc minoris momenti, graviora vero ea quae sequuntur: ter enim spectat Seleucus Cratetem semperque ita, ut contra eum pugnet: vide quae praebeat ex Seleuci Homerici libro περὶ βίων lexicon Harpocrat., s. v. Ὁμηρίδαι (cf. Wachsmuth. p. 40; M. Muell. p. 21. 31); deinde cf. Athen. IX p. 366 *D* — 367 *A* qui sua deprompsit ex Seleuci scripto περὶ ἑλληνισμοῦ (cf. Wachsmuth. p. 65; M. Mueller. p. 31); tum inspice Crameri AO I p. 77, 27 ubi Seleuci de vocis ἀλαός significatione exstat doctrina verbis παρὰ τὸ ἀλάσαι κτλ.; contra Crates vocem ex verbo λάειν, i. e. βλέπειν derivavit (cf. Wachsm. p. 54; erravit M. Mueller p. 43). Quae cum ita sint, etiam hoc loco quod Seleucus contra Cratetem pugnavit, non est cur mireris.[2])

FRAGMENTUM XI

Agitur de verbo ἐρχθέντ' versus *Φ* 282 quod omnes praeter unum praebent codices. Crates vero verbi forma quae tradita est *ΕΡΧΘΕΝΤ* neglecta *ΕΙΛΘΕΝΤ* scripsit (cf. Wachsmuth., mus. Rhen. XLVI p. 554); quo sextam huius versus scripturam cognoscimus.[3]) Compara enim

[1]) Quibus vinculis cum illis Cratetis studiis coniungendi sint et Asclepiades quidam (cf. B. Mueller., de Ascl. Myrl. p. 48) et Didymus (cf. Schmidt., Did. p. 399 in scriptis quae de Solonis legibus composuerunt non constat.

[2]) Seleucum etiam Aristarchi adversariis esse inserendum certum est ex scholiis Ox. *T* ad *Φ* 290 ex γ' κατὰ τῶν Ἀριστάρχου σημείων petitis quo ex libro sunt etiam frg. III. XVI. XXIII. M. Muell. Et discrimen etiam in codicibus erat quos Aristarchus in editionibus parandis et Seleucus in studiis criticis adhibebant (cf. M. Mueller. p. 32 sqq.): vide scholion Ox. c. XV, 24; frg. 57 Reitzenstein. p. 164. Cretensis autem et πολύστιχος libri a Seleuco solo sunt adhibiti qui talia exemplaria quod hic vel illic iam Crates fecit adibat in verbis Homeri restituendis. cum Aristarchus ea rectius sperneret. — Ceterum Seleuci doctrinam nunc denuo illustrare et illuminare separatae est disquisitionis (cf. Reitzenst., l. s. s. p. 157 sqq.; Et. M. 574, 103 = Et. Flor.; alia).

[3]) Aristarchus scripsit ἐρχθέντ': cf. schol. Ariston. Gen. I p. 202, 17 sqq. N. Totam vero Aristarchi doctrinam et de hoc verbo et de formis verbi ἀποέρσαι (*Z* 348. *Φ* 283. 329) recuperare separatae est disquisitionis quam etsi perfectam habemus longiorem putamus quam ut possimus hic adscribere. Id solum addamus etiam hic plura ex Aristarchi verbis (cf. supra p. 53 sq. n. 3) quam melius traditum scholion Ariston. Gen. I p. 202, 17 sq. N. conservasse mutilatum scholion Ariston. Gen. I p. 202, 4 sq. quod sic restituimus (cf. Et. M. 377, 45): <ἐρχθέντ' ἐν ὕδατι ἀπο>πνιγέντα· ψιλῶς παρὰ τὸ εἴργω, εἴρχθη παθητικόν, ἐρχθείς (cod.

schol. Gen. I ad *Φ* 282 p. 202, 9 sqq. N.: ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ· Κράτης· „εἰλθέντ'[1]) ἐν ⟨μεγάλῳ⟩ ποταμῷ."[2]) εἴλλειν[3]) γάρ φησιν εἶναι τὸ εἴργειν, ὥςτε τὴν τῆς κωλύσεως[4]) δίκην „ἐξούλης"[5]) καλεῖσθαι.[6]) καὶ παρατίθεται Σόλωνος ἐν ε ἄξονι·[7]) „ἐξούλης·[5]) ἐάν τις ἐξείλλῃ ὧν[8]) ἄν τι⟨ς⟩[9]) δίκην ⟨ν⟩ικήσῃ[10]) ὁπόσου[11]) ἄν ἄξιον[12]) ᾖ[13]) εἰς δημόσιον ὀφλάνῃ[14]) καὶ τῷ ἰδιώτῃ ἑκατέρ⟨ῳ ἴ⟩σ⟨ον⟩".[15]) ὁ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ· „εἴλει μὲν εἴσω τόνδ'(ε) ἀχαλκεύτῳ πέδῃ."

schol. Ox. c. XIV, 9 sqq., p. 70. 83 Grenf. et Hunt.:

Κρά-της ⟨δὲ „εἰλθέ⟩ντα" ἵν' ᾖ „ἐρχ-θέντα".
καὶ τὴν ⟨ἐξούλης⟩ δίκην ἐντεῦθεν. ἐκτίθη⟨σι δὲ καὶ Σ⟩όλωνος ἐκ ε ἄξο-νος· „ἐξού⟨λης· ἐάν τι⟩ς ἐξείλλῃ ὧν[8]) ἄν[9]) δίκην | ⟨νικήσῃ[10]) ὁπόσ⟩ου[11]) ἄν[12]) ἄξιον ᾖ[13]) εἰς δημόσι⟨ον ὀφλά-νε⟩ιν[14]) καὶ τῷ ἰδιώτῃ ἑκατέρῳ ⟨ἴσον . .⟩.[15])

εἰρχθείς). Ἀττικοὶ δὲ τὸ εἵρχθη δασύνουσιν, cum quae sequuntur verba <ἐν δὲ τ>οῖς (cod. οἷς) ἔπεσιν· ἐρχθέντ' (cod. — τες) ἐν μεγάλῳ, <ψιλῶς> petita sint ex scholiis Aristoph. Acharn. 330 (Duebner. p. 12, 47; Rutherford. II p. 300; cf. Ps. Zon. p. 646; Suid. I, 2 p. 778, 20. 776, 14). — Altera est scriptura codicis Massiliotici: εἰρχθέντ' (cf. Ludwich., AHTK I p. 467, 13; adde schol. *T* ad v.). — Tertia est ἐρθέντ' Alexionis τοῦ Χωλοῦ (cf. schol. Gen. I p. 202, 19 sqq. N.). — Quarta Ptolemaei Ascalonitae ἑρθέντ' est: cf. schol. Gen. I p. 202, 8 N. ubi scribendum est ἑρθέντα; schol. Ox. c. XIV, 1 sqq. cuius initium sic restituendum est: <ἄἑρσα (vide Hesychium s. v.) in α et ερσα> διῃρῆσθαι· καθ' ὃν λόγον τὸ <τούτου μ>ὲν ε δασυντέον, τὸ δὲ α <ψιλωτέον> κτλ.; schol. Gen. I p. 203, 3 N. — Quinta scriptura est codicis Parisini 2685 s. XV. ῥεχθέντ'.

[1]) Codicis εἰλθέντ' correxit in εἰλθέντ' Ludwichius, ind. lect. Regim. 1892 p. 31; Berl. philol. Wschft. 1892 c. 777. Per se enim in spiritu nulla est auctoritas, quod haec verba transscripta olim sunt ex archetypo grandibus litteris exarato quae carebant spiritibus accentibus vocum distributionibus. Nam sic tantum explicari potest litteras *Η* in *Λ* (ἐξηλμάτων, δικανικῆς), *ΕΙ* in *Η* (ἐξηλμάτων, ησω), *Λ* in *Α* (ἰαλεῖν) perperam mutatas esse. Praeterea vide verba mira ἀντὶ δικανικῆς ᾖ; ἀνάξιον; ἐξ οὐλῆς; ὀφλανῇ; ἐννεάξονι.

[2]) ἐν μεγάλῳ Nic.; ἐν ποτάμῳ Mich.-Wachsm.; correximus ποταμῷ et quod excidit μεγάλῳ restituimus.

[3]) ἰαλεῖν cod.; εἴλλειν Wachsmuth.; ἴλλειν Nic.; εἴλλειν recte Ludwich.

[4]) κωλύσεως secundum Michel. in codice per notam est scriptum.

[5]) ἐξ οὐλῆς cod.; corr. Nic.

[6]) Qua ratione verba essent perturbata recte vidisse Nic., n. ad l. 9 sqq. et Wachsm. p. 554 n. 3 stabilitur scholio Ox.

[7]) ἐννεάξονι cod. ex mendo dittographiae quod scholio Ox. cognito multi viderunt.

[8]) ἐξηλμάτων cod.; εξειλλπιων pap. (v. infra p. 60). Wachsmuthii vero ἐξείλλῃ ὅτων scholio Ox. non confirmatur. Ceterum quae Ludwich., ind. lect.

enim rationem Solonis *ἀξόνων* habuisse testatur frg. XI.[1]) Sed hoc minoris momenti, graviora vero ea quae sequuntur: ter enim spectat Seleucus Cratetem semperque ita, ut contra eum pugnet: vide quae praebeat ex Seleuci Homerici libro *περὶ βίων* lexicon Harpocrat. s. v. *Ὁμηρίδαι* (cf. Wachsmuth. p. 40; M. Muell. p. 21. 31); deinde cf. Athen. IX p. 366 *D* — 367 *A* qui sua deprompsit ex Seleuci scripto *περὶ ἑλληνισμοῦ* (cf. Wachsmuth. p. 65; M. Mueller. p. 31); tum inspice Crameri AO I p. 77, 27 ubi Seleuci de vocis *ἀλαός* significatione exstat doctrina verbis *παρὰ τὸ ἀλάσαι κτλ.*; contra Crates vocem ex verbo *λάειν*, i. e. *βλέπειν* derivavit (cf. Wachsm. p. 54; erravit M. Mueller p. 43). Quae cum ita sint, etiam hoc loco quod Seleucus contra Cratetem pugnavit, non est cur mireris.[2])

FRAGMENTUM XI

Agitur de verbo *ἐρχθέντ'* versus *Φ* 282 quod omnes praeter unum praebent codices. Crates vero verbi forma quae tradita est *ΕΡΧΘΕΝΤ* neglecta *ΕΙΛΘΕΝΤ* scripsit (cf. Wachsmuth., mus. Rhen. XLVI p. 554); quo sextam huius versus scripturam cognoscimus.[3]) Compara enim

[1]) Quibus vinculis cum illis Cratetis studiis coniungendi sint et Asclepiades quidam (cf. B. Mueller., de Ascl. Myrl. p. 48) et Didymus (cf. Schmidt., Did. p. 399) in scriptis quae de Solonis legibus composuerunt non constat.

[2]) Seleucum etiam Aristarchi adversariis esse inserendum certum est ex scholiis Ox. *T* ad *Φ* 290 ex *γ' κατὰ τῶν Ἀριστάρχου σημείων* petitis quo ex libro sunt etiam frg. III. XVI. XXIII. M. Muell. Et discrimen etiam in codicibus erat quos Aristarchus in editionibus parandis et Seleucus in studiis criticis adhibebant (cf. M. Mueller. p. 32 sqq.): vide scholion Ox. c. XV, 24; frg. 57 Reitzenstein. p. 164. Cretensis autem et *πολύστιχος* libri a Seleuco solo sunt adhibiti qui talia exemplaria quod hic vel illic iam Crates fecit adibat in verbis Homeri restituendis, cum Aristarchus ea rectius sperneret. — Ceterum Seleuci doctrinam nunc denuo illustrare et illuminare separatae est disquisitionis (cf. Reitzenst., l. s. s. p. 157 sqq.; Et. M. 574, 103 = Et. Flor.; alia).

[3]) Aristarchus scripsit *ἐρχθέντ'*: cf. schol. Ariston. Gen. I p. 202, 17 sqq. N. Totam vero Aristarchi doctrinam et de hoc verbo et de formis verbi *ἀποέρσαι* (*Z* 348. *Φ* 283. 329) recuperare separatae est disquisitionis quam etsi perfectam habemus longiorem putamus quam ut possimus hic adscribere. Id solum addamus etiam hic plura ex Aristarchi verbis (cf. supra p. 53 sq. n. 3) quam melius traditum scholion Ariston. Gen. I p. 202, 17 sq. N. conservasse mutilatum scholion Ariston. Gen. I p. 202, 4 sq. quod sic restituimus (cf. Et. M. 377, 45): *<ἐρχθέντ' ἐν ὕδατι ἀπο>πνιγέντα· ψιλῶς παρὰ τὸ εἴργω, εἴρχθη παθητικόν, ἐρχθείς* (cod.

schol. Gen. I ad *Φ* 282 p. 202, 9 sqq. N.: *ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ· Κράτης· „εἰλθέντ'*[1]) *ἐν ⟨μεγάλῳ⟩ ποταμῷ."*[2]) *εἴλλειν*[3]) *γάρ φησιν εἶναι τὸ εἴργειν, ὥςτε τὴν τῆς κωλύσεως*[4]) *δίκην „ἐξούλης"*[5]) *καλεῖσθαι.*[6]) *καὶ παρατίθεται Σόλωνος ἐν ε ἄξονι·*[7]) *„ἐξούλης·*[5]) *ἐάν τις ἐξείλλῃ ὧν*[8]) *ἄν τι⟨ς⟩*[9]) *δίκην ⟨ν⟩ικήσῃ*[10]) *ὁπόσου*[11]) *ἂν ἄξιον*[12]) *ῇ*[13]) *εἰς δημόσιον ὀφλάνῃ*[14]) *καὶ τῷ ἰδιώτῃ ἑκατέρ⟨ῳ ἴ⟩σ⟨ον⟩".*[15]) *ὁ Σοφοκλῆς ἐν Δαιδάλῳ· „εἵλει μὲν εἴσω τόνδ'(ε) ἀχαλκεύτῳ πέδῃ."*

schol. Ox. c. XIV, 9 sqq., p. 70. 83 Grenf. et Hunt.:

Κράτης ⟨δὲ „εἰλθέ⟩ντα" ἵν' ῇ „ἐρχθέντα".
καὶ τὴν ⟨ἐξούλης⟩ δίκην ἐντεῦθεν.
ἐκτίθη⟨σι δὲ καὶ Σ⟩όλωνος ἐκ ε ἄξονος· „ἐξού⟨λης· ἐάν τι⟩ς ἐξείλλῃ ὧν[8]) *ἂν*[9]) *δίκην | ⟨νικήσῃ*[10]) *ὁπόσ⟩ου*[11]) *ἂν*[12]) *ἄξιον ῇ*[13]) *εἰς δημόσι⟨ον ὀφλάνε⟩ιν*[14]) *καὶ τῷ ἰδιώτῃ ἑκατέρῳ ⟨ἴσον . .⟩.*[15])

εἰρχθείς). *Ἀττικοὶ δὲ τὸ εἵρχθη δασύνουσιν*, cum quae sequuntur verba *<ἐν δὲ τ>οῖς* (cod. *οἷς*) *ἔπεσιν· ἐρχθέντ'* (cod. — *τες*) *ἐν μεγάλῳ*, *<ψιλῶς>* petita sint ex scholiis Aristoph. Acharn. 330 (Duebner. p. 12, 47; Rutherford. II p. 300; cf. Ps. Zon. p. 646; Suid. I, 2 p. 778, 20. 776, 14). — Altera est scriptura codicis Massiliotici: *εἰρχθέντ'* (cf. Ludwich., AHTK I p. 467, 13; adde schol. *T* ad v.). — Tertia est *ἐρθέντ'* Alexionis *τοῦ Χωλοῦ* (cf. schol. Gen. I p. 202, 19 sqq. N.). — Quarta Ptolemaei Ascalonitae *ἑρθέντ'* est: cf. schol. Gen. I p. 202, 8 N. ubi scribendum est *ἑρθέντα*; schol. Ox. c. XIV, 1 sqq. cuius initium sic restituendum est: *<ἄερσα* (vide Hesychium s. v.) in *α* et *ερσα> διῃρῆσθαι· καθ' ὃν λόγον τὸ <τούτου μ>ὲν ε δασυντέον, τὸ δὲ α <ψιλωτέον> κτλ.*; schol. Gen. I p. 203, 3 N. — Quinta scriptura est codicis Parisini 2685 s. XV. *ῥεχθέντ'*.

[1]) Codicis *εἰλθέντ'* correxit in *εἰλθέντ'* Ludwichius, ind. lect. Regim. 1892 p. 31; Berl. philol. Wschft. 1892 c. 777. Per se enim in spiritu nulla est auctoritas, quod haec verba transscripta olim sunt ex archetypo grandibus litteris exarato quae carebant spiritibus accentibus vocum distributionibus. Nam sic tantum explicari potest litteras *H* in *Λ* (*ἐξηλμάτων, δικανικῆς*), *ΕΙ* in *H* (*ἐξηλμάτων, ησω*), *Λ* in *Α* (*ἰαλεῖν*) perperam mutatas esse. Praeterea vide verba mira *ἀντὶ δικανικῆς ῇ*; *ἀνάξιον*; *ἐξ οὐλῆς*; *ὀφλανῇ*; *ἐννεάξονι*.

[2]) *ἐν μεγάλῳ* Nic.; *ἐν ποτάμῳ* Mich.-Wachsm.; correximus *ποταμῷ* et quod excidit *μεγάλῳ* restituimus.

[3]) *ἰαλεῖν* cod.; *εἴλλειν* Wachsmuth.; *ἴλλειν* Nic.; *εἴλλειν* recte Ludwich.

[4]) *κωλύσεως* secundum Michel. in codice per notam est scriptum.

[5]) *ἐξ οὐλῆς* cod.; corr. Nic.

[6]) Qua ratione verba essent perturbata recte vidisse Nic., n. ad l. 9 sqq. et Wachsm. p. 554 n. 3 stabilitur scholio Ox.

[7]) *ἐννεάξονι* cod. ex mendo dittographiae quod scholio Ox. cognito multi viderunt.

[8]) *ἐξηλμάτων* cod.; *εξειλλπιων* pap. (v. infra p. 60). Wachsmuthii vero *ἐξείλλῃ ὅτων* scholio Ox. non confirmatur. Ceterum quae Ludwich., ind. lect.

Primum nonnulla de Cratetis verbis restitutis adnotanda sunt: ac primum quidem *εἰλθέντ'* et *ἰαλεῖν* in scholio Gen. sunt formae nullius pretii; nam verbum *εἴλλειν* nusquam invenimus; verbum vero *εἰλεῖν* vel *εἱλεῖν* quod significat *τὸ συστρέφω*, non quadrat ad formam *εἰλθέντ'*. Sed radix *εἰλ-* quae urgendi vim habet usitata est (cf. Ludwich., Jahrbb. 1888 p. 739 sq.). *ΙΑΛΕΙΝ* vero ex *ΙΛΛΕΙΝ* natum est quod et ipsum itacismo foedatum esse demonstratur formis *εἰλθέντ'*, *ἐξηλμάτων*, *ἐλλημενήσω* schol. Gen., *ἐξειιλλπι* Ox. Accedit vero, ut omnium spirituum auctoritas sit nulla. Igitur etiam de Herwerdeni, Mnemos. XX p. 245, *ἐλθέντ'* iam actum est. Tum litterarum scholii Gen. *ἐξηλμάτων* *η* et *α* ex *ΕΙ* et *Η* depravatas esse constat, cum ex *ει* et *η* corruptelae omnino non possint explanari. Illud autem *μ* ex genuina *λ* littera scribae errore est natum; postea vero ut vox esset, ex *ἐξηλμαιων* factum est *ἐξηλμάτων*. Scholii vero Ox. *εξειιλλπι* alterum *ι* incertum esse ab editoribus p. 83 adnotatur: quod antea super *ει* superscriptum postea in linea ipsa positum esse censemus; superscriptum vero est aut propter itacismum aut quod ab Atticistis Attica forma *ἴλλειν* habita est

---

Regim. 1892 p. 31 = Berl. philol. Wschft. 1892 c. 777 emendavit omnia ipse postea reiecit (Berl. philol. Wschft. 1900 c. 389).

9) *εαν* pap. quae est vulgaris forma pro *ἄν*; cod. *ἀντί* quod solvendum est in *ἄν τι*<*ς*>; quod pronomen cum non desideretur, si abest, scholio Ox. non inserimus.

10) *δικανικῆς ἤ* cod.; *δικην* | < . . . pap. Quod voce *δίκην* papyri linea finitur, demonstratum est in Cratetis verbis restituendum esse *δίκην νικήσῃ*; quod etiam in scholio Gen. facillime potest corrigi: nam in litteris *δικανικῆς* solita incuria *α* ex *Η* natum est; littera vero *ν* genuina per haplographiam foedata est propter notum vocabulum *δικανικός*. Igitur displicet *δίκῃ νικήσῃ* Nicolei et Wachsmuthii. Ceterum *δίκην νικήσαντες* praebent etiam Et. M. 348, 48 = Et. Flor. p. 117 ed. Mill. = Ps. Zon. p. 762.

11) Codex habet secundum Michelii signum quod optime Wachsmuthius explicavit voce *ὁπόσου*; idem in scholio Ox. restituimus, cum spatium satis amplum esse videatur.

12) *ἀνάξιον* cod.; *εαναξιον* pap.; corr. Nic.

13) *ἤ* cod.; *η* pap.

14) *ὀφλανῆ* cod.; < . . . *οφλε*>*ιν* pap. cum coniecturis Grenfell. et Hunt.: *ὀφλανεῖ* Nic. et Wachsm.; *ὀφλ*<*ὼν*>*ἂν ἤ* Ludwich.; *ὀφλ*<*ισκ*>*άνει* Herwerden., Mnemos. XX p. 245. Correximus; cf. p. 61.

15) *ἑκάτερος* cod. quod caret sensu; *εκατερω* | < . . . pap. quod editores recte correxerunt: *ἑκατέρῳ ἴσον*. Item illud scholii Gen. *ἑκάτερος* mutandum est: quod etsi longius a litteris traditis abest quam Nicolei et Wachsmuthii *ἑκατέρους*, tamen meliorem praebet sensum.

ut testatur Pausanias apud Eustathium ad *ξ* 457 (1769, 33) *π* autem scribae errorem esse pro *η* facile intellegitur. Igitur Crates scripsit *ἐξείλλῃ*; refutandum ergo quod voluit Nicole. *ἐξίλλῃ*; quod inde confirmatur, quod locis de *ἐξούλης δίκῃ* congestis videmus *ἐξούλης* ex verbo *ἐξίλλειν* tantummodo a Pausania Atticista derivatum esse: cf. Eust., l. m. s.; *σ* 11 (1834, 53). Tum ex scholii Gen. *ὀφλανῆ* constat nos habere liberum arbitrium scribendi *ὀφλάνῃ*, praesertim cum verbo *ὀφλάνειν* Graecos esse usos demonstretur verbis et Hesychii III p. 246 Sch. et Photii II p. 40 N. s. v. In scholio vero Ox. elementis traditis ad infinitivum adducimur qui quin hoc legis loco genuinus sit, haud dubitamus (cf. Kuehner., Gr. Gr. II² p. 589). Sed *ὄφλειν* an *ὀφλάνειν* restituendum sit quaeritur. Nos vero propter scholii Gen. illud *ὀφλάνῃ* et ideo, quod si scribemus *ὀφλάνειν* non plus 28 litteris sicut solet esse hac in papyro versus constat, recepimus ⟨*ὀφλάνε*⟩*ιν*, etsi *ὄφλειν* haud absonum esse scimus ex *Ἀπολλωνίδου τοῦ Νικαέως* Tiberii aequalis commentario *περὶ παραπρεσβείας Δημοσθένους* (cf. Carnuth., de Et. Gud. fontibus, Prgr. des städt. Gymn. Danzig 1880 p. 21 no. 27). Denique in versu Sophoclis codex Gen. solus exhibet haec olim litteris uncialibus sic scripta: *ΕΛΛΕΙΜΕΝΗΣΩΤΟΝΔΕΑΧΑΛΚΕΥΤΩΙΠΕΔΗΙ*. Primo iam obtutu apparet esse trimetrum iambicum: *τόνδ'(ε) ἀχαλκεύτῳ πέδῃ*; tum in litteris *ΗΣΩ* acutissime Diels., SB. d. Berl. Ak. 1891 p. 575 recognovit *εἴσω*. Iam igitur restant litterae *ΕΛΛΗΜΕΝ* in quibus agnoscimus *εἰλεῖ*, quod cum litteris traditis optime congruit: prius enim *Λ* ex *Ι* perperam ortum est, *Η* vero secundum huius scribae incuriam ex *ΕΙ* litteris.

Cratetem formam *ἐρχθέντ'* nosse eamque ex *εἴργω* verbo item atque Aristarchus fecit derivasse ex verbis scholiorum ipsis certum est; quid ei in verbo *εἴργειν* hoc loco, etsi saepissime apud Homerum legitur (cf. *Ρ* 571; *Π* 481; *Ρ* 354, *κ* 283, *ι* 221; *ξ* 411), displicuerit ignotum est. Neque vero argumentum potest inveniri quo demonstretur Cratetem hic oppugnasse Aristarchum neque adest vestigium hoc *εἰλθέντ'* eum ex manuscripto sibi sumpsisse. Unum igitur id veri videtur simile Cratetem ita iudicasse, et quod *ἐρχθέντ'* forma esset rarissima, cum ex studiis Atticis *εἴλλειν* verbum optime notum sibi esset, et quod *ἐρχθέντα* et *εἰλθέντα* prorsus idem significarent. Est igitur quantum adhuc potest perspici haec scriptura mutatio quam Crates fecit ipse. — Re vera autem radicem *εἰλ-* apud Homerum legi iam Ludwich., Jahrbb., l. s. s., ostendit. Sed

contra Homeri dicendi usum etiam hanc Cratetis mutationem esse ex eo efficitur, quod apud poetam participium aor. pass. est *ἀλείς*, non *εἰλθείς*. Sed id potissimum hic Cratetis rationem criticam redolet, quod, ut ab Homero verbum quoddam adhiberi demonstret sicut ipse Crates censuit, ab aliis scriptoribus testimonia petit; patet igitur iterum discrimen inter artem criticam et Aristarchi et Cratetis (cf. p. 58 sq. n. 3). Sed de doctrina et scientia quae ex testimoniis a Cratete prolatis elucent summa cum admiratione dicendum est: moverent sane hodie nos multo magis ea quae ad Homeri versus Crates attulit quam quae de Homero ipso disputavit. Quae enim de causae *ἐξούλης* natura ex Cratetis verbis didicimus docte exposuit Dareste., rev. de philol. XV p. 97.[1] Testimonium autem ex Sophoclis Daedalo sumptum novum huius fabulae frustulum praebet. Quibus ex testimoniis optimae notae suspicari etiam licet quantae opes nobis sint detractae Atticis Cratetis studiis non servatis (cf. Wachsmuth. p. 63 sqq.).[2] De Cratetis vero hac in doctrina asseclis nil scimus, cum Aristarchus eorum qui eum sequuntur animos quam maxime sua hoc de verbo sententia commoverit; quo de alibi fusius erit disputandum.[3] Unus vero redactor atque collector scholiorum Ox. Cratetis mentionem facit qui utrum ex Cratetis libro ipso an ex auctore quodam qui Cratetem spectaverat, e. g. Didymo, sua hauserit, dispici nequit; sed hoc veri censemus similius propter temporum rationem.[4]

De ratione vero quae inter scholia Gen. et Ox. intercedit ex Cratetis verbis concludendum est scholiorum Gen. compilatorem

[1] Omnia quae hic vir doctus Nicolei correctura *ἐννεάτῳ ἄξονι* fretus disseruit prorsus nempe abicienda sunt.

[2] Dolemus, quod quonam vinculo haec frustula studiorum Atticorum cum Cratete olim coniuncta fuerint nullo modo possumus investigare: Hesych. II p. 29 Schm. s. v. *εἴλλῃ*; Simplic. com. in Aristot. VII p. 157, 16; Suid. I, 2 p. 762, 13 B. = Ps. Zon. c. 640 s. v. *εἴλλειν*. Separanda vero est Seleuci opinio: cf. Reitzenstein. p. 161 frg. 29.

[3] Breviter hic adnotemus auctoritatem Aristarchi hac in doctrina apud Ptolemaeum Alexionem Herodianum summam esse.

[4] Cum enim Seleucus novissimus in scholiis Ox. sit auctor (cf. supra p. 56 n. 5) et grammatici celeberrimi I. saeculi dimidii prioris Theo Apollonius Soph. Apio Pamphilus Epaphroditus prorsus in eis neglegantur et ad *Φ* 282 in scholiis Ox. Ptolemaeus auctor Alexionis, in scholiis Gen. Alexio qui Ptolemaeo usus est traditus sit, tertio vel quarto decennio I. p. Chr. n. saec. opinamur scholia Ox. collecta esse.

usum non esse scholiis Ox. ipsis, sed opusculo simillimo quod tamen nonnullis in rebus plenius fuit scholiis Ox. servatis.[1]

Denique iam Wachsmuth., mus. Rhen., l. s. s., observavit etiam schol. Gen. I ad *Φ* 260 p. 201, 8 sq. N. ex Cratetis opibus fluxisse, cum etiam hic nonnulla proferrentur de Solonis *ἄξοσι* quorum usus cum Homerico comparatur: *τοῦ μέν τε* (*τοι* perp. cod.)· *οὐχ ὑφ' Ὁμήρου αἱ ψηφῖδες*[2] *πεποίηνται, ἀλλ' ἔστιν ἡ λέξις Ἀττική· οὕτως γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἄξοσι⟨ν⟩*. Quibus verbis Crates statuit Homerum non sibi finxisse ipsum hoc vocabulum *ψηφῖδες*, sed teste Solone Atticorum esse hanc vocem. Igitur secundum Cratetem Homerus hanc vocem ex Attica dialecto sibi paravit. Itaque hoc quidem certum est Cratetem similiter atque Aristarchus fecit de quibusdam apud Homerum Atticis proprietatibus iudicasse. Cratesne nimirum usque eo audacis coniecturae progressus sit, ut putaret re vera Homerum natu esse civem Atheniensem, sicut Aristarchus, affirmare usi hoc uno parumque gravi testimonio non sumus ausi.

FRAGMENTUM XII

Agitur de explanatione litterarum traditarum in versu *Φ* 323 *ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ*: cf. 322 sq.: *αὐτοῦ οἱ καὶ σῆμα τετεύξεται οὐδέ τί μιν χρεὼ | ἔσται ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ, ὅτε μιν θάπτωσιν Ἀχαιοί.* Codices omnes exhibent *τυμβοχοῆς* praeter codicem Ven. *A* qui cum Aristarcho praebet *τυμβοχοῆσ'(αι)* (cf. Hoffmann., Buch *Φ* u. *X*, I p. 280 sq., II p. 32).[3] Wachsmuthius autem qui *τυμβοχόης* scripsisse Cratetem contendit (v. p. 29), cum verba *καὶ δῆλον ὅτι ἐβάρυνεν ὁμοίως τῷ „οἰνοχόης“* Herodiani esse nondum haberet compertum (vide p. 46, 11), etiam codicem quem ante oculos habebat Eustathius

[1] Quod confirmatur rationibus quae sunt inter sententias Ptolemaei et Alexionis ad *Φ* 282 in scholiis Ox. et Gen. servatas.

[2] *ψηφίδες* falso cod.; cf. Herodianum in scholiis *AD* Gen. II ad *K* 335; Eust. ad *Φ* 260 (1235, 65).

[3] Perperam igitur Leaf., ed. Il. II^2 p. 408 negavit codicum scripturarum hac in quaestione auctoritatem; nam qui est Aristarchea doctrina et alibi plenus ac refertus codex Ven. *A* item hoc loco Aristarchi servavit sententiam, alii omnes vulgatam proferunt scripturam. Ac summi momenti est lemmata scholiorum *BT* et lexici Ps. Zon. Aristarcheam praebere scripturam; quod inde explicandum est, quod haec scholia Herodianea exscripta olim sunt ex codice Aristarchi lectionibus pleno, i. e. ex codicis Ven. *A* archetypo. Forma vero in lemmate scholii *A* vulgata ex incuria scribae nata est.

ad v. (1238, 18) hoc *τυμβοχόης* praebuisse perperam adnotavit; nam ex verbis Eustathii, si quid omnino potest cognosci, statuendum est hunc codicem non aliter ac reliquos codices vulgatos *τυμβοχοῆς* exhibuisse.

Quae vero de hac lite quam grammatici de elementis *ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ* explicandis habebant omnino scimus duobus ex fontibus promanarunt: egit enim hac de re Herodianus in libro *περὶ Ἰλιακῆς προσῳδίας Φ* (Lentz. II p. 118, 1; cf. II p. 347, 15). Sed cum Lehrsius qui solis scholiis *A* et *D* usus est in restituendis Herodiani verbis feliciter hic se non gereret, locis ubi Herodiani verba servata sunt (schol. *AB*; *T* ad v.; schol. Gen. II, Paris. 2679 [Cramer., *AP* III p. 27, 30] *D* [cf. Bekk. c. 578 b 42] Et. Flor. p. 288 ed. Mill.; lex. Ps. Zon. c. 1757) denuo collatis perquisitis sic fere Herodianum scripsisse opinamur: *τυμβοχοῆσ'· χωστοῦ τάφου ἀξιῶσαι· τύμβος γὰρ ὁ χυτὸς τάφος. τὸ δὲ πλῆρες τυμβοχοῆσαί ἐστιν· διὸ περισπαστέον τὸ η· οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης* (cf. Baege., de Ptol. Asc. p. 60) *καὶ οἱ πλείους. Κράτης μέντοι γενικὴν πτῶσιν ἐξεδέξατο· „οὐκ ἔσται, φησίν, αὐτῷ χρεία χώσεως τάφου.“ καὶ δῆλον ὅτι ἐβάρυνεν ὁμοίως τῷ „οἰνοχόης“. ἄμεινον δὲ ἐν τῷ ῥήματι τὸ πρᾶγμα παραλαμβάνειν ἢ ἐν τῷ ὀνόματι.*

Iam ut ad singula nonnulla adnotemus necesse est: primum verba *διὸ περισπαστέον τὸ η* ad Herodianum referimus ideo, quod contra Cratetem ab eo ea scripta esse certum est. Neque vero ab Aristarcho vel qui eum sequebatur ab Herodiano verba *χωστοῦ τάφου ἀξιῶσαι* aliena sunt, artissime immo coniuncta (cf. Hoffmann., l. s. s. I p. 282): infinitivus autem *ἀξιῶσαι*, qui desideratur maxime in scholio Gen. et in Et. Flor., propter lemma *τυμβοχοῆς* quod praecedit excidit. Neque vero verba *χυτοὺς γὰρ τοὺς τάφους* Herodiano abiudicamus, praesertim cum verba quae eandem ad explicationem ab Aristarchi doctrina haud alienam (cf. Lehrs.[2] p. 102) referenda sunt *τύμβος γὰρ ὁ τάφος* in scholio vulgato nonnullis in rebus pleniore suo legantur loco; haec igitur verba se mutuo sustentant. Quae vero fuit olim collocatio verborum restituere sumus ausi; ex qua archetypi codicum *AB(T)* scriba aliud quid sibi sumpserat atque archetypi scholiorum vulgatorum librarius. Postremum verba *οὐκ ἔσται, φησίν, αὐτῷ χρεία χώσεως τάφου* in scholiis *ABT* non suo loco sunt scripta; nam et scholion Gen., i. e. scholion vulgatum, haec una cum Cratetis doctrina non exhibet et in scholio *T* illo *ὁ δὲ λέγει* alterius cuiusdam sententia, non Herodiani, affertur;

quod et ipsis verbis *χώσεως τάφου* indicatur. Est igitur hoc enuntiatum versuum *Φ* 322 sq. explicatio grammatici alicuius qui nomen inesse docuit in litteris *ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ*. Ergo haec verba optime quadrant ad Cratetem; transponenda igitur sunt, ut fecimus, non Herodiano abiudicanda quod contendit Lehrsius. Immo haec sunt verba quae ex Cratetis libro re vera erant servata; reliqua vero sunt posteriorum additamenta.

Quae vero statuimus optime stabiliuntur verbis Eustathii ad v. (1238, 18) quae sibi ex Herodiani copiis sumpsit: *τυμβοχοὴν δὲ εἶπε τὸν τοῦ τύμβου ἀναχωματισμόν* (Crates)· *τινὲς μέντοι* (Aristarchus, Ptolemaeus, *οἱ πλείους*, Herodianus) *εἰπόντες ὅτι τυμβοχόης ὤφειλεν εἶναι βαρυτόνως ὡς „οἰνοχόης“, οὔ φασιν ὄνομα ἐνταῦθα κεῖσθαι κτλ.* Igitur Cratetis reliquiis haec sunt inserenda: schol. Herod. *AB* = Eust. 1238, 18:

Κράτης ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ γενικὴν πτῶσιν ἐξεδέξατο· „οὐκ ἔσται, φησίν, αὐτῷ χρεία χώσεως τάφου.“	*τυμβοχοὴν δὲ εἶπε* (scil. *ὁ ποιητὴς κατὰ Κράτητα*) *τὸν τοῦ τύμβου ἀναχωματισμόν.*

Scholion vero *T* ex codicum *AB* archetypo incuriose exscriptum omni hac in re pretio caret.

Herodianus igitur omnino nescivit re vera Crates scripsisset *τυμβοχόης* an *τυμβοχοῆς*; qua ex re patet libros Cratetis ipsos Herodianum non iam inspexisse; quae scivit ex aliorum scriptis sibi elegit. Hoc vero loco auctores Herodiano nil nisi illam Cratetis versuum *Φ* 322 sq. explicationem tradiderunt. Itaque ipse Herodianus, proportionis defensor, addidit Cratetem, si accepisset nomen esse *ΤΥΜΒΟΧΟΗΣ*, certe *τυμβοχόης* ut *οἰνοχόης* scripturum fuisse. Oblitus igitur hic est Cratetem inaequabilitatem omnibus viribus defendisse. Quae cum ita sint, de accentu Cratetis nil scimus; sed putamus eum communem usum secutum pronuntiasse *τυμβοχῇ ος*; hoc enim testatur vulgata lectio codicum. Crates igitur elementa tradita simplicissime interpretatus est secutus ut videtur explicationem quae omnium in usu erat; eum enim interpretationem *τυμβοχοῆσαι* propter elisionem syllabae *-σαι* quam sprevit Homerus non accepisse vix credendum est; tales enim minutias observabant *Ἀριστάρχειοι μονοσύλλαβοι* (cf. Herodicum apud Athen. V 222 *A*), non Crates. Sed Cratetem hoc loco rectam ingressum esse viam Aristarchumque maiorem alibi adversarium eiusque asseclas doctrina superasse iure defendit Leaf., l. s. s. (cf. La Roche., HTK p. 67) contra Hoffmannum, l. s. s. p. 281 sq.

Qua vero causa Aristarchus ut hoc absonum statueret inductus sit latet; sed id certum est eum hac doctrina contra Cratetem pugnasse: nam adscriptum est versui *Φ* 323 in margine laeva etiam scholion Ariston. *A* (Friedl. p. 311): ⟨*ἡ διπλῆ*⟩ *ὅτι τὸ πλῆρές ἐστι τυμβοχοῆσαι · διὸ σημειοῦνταί τινες.* Aristarchus igitur *διπλῆς* notam versui apposuit, ut quam postea Herodianum accepisse vidimus sententiam proferret. Aristarchus igitur contra Cratetis explicationem stetit; itaque non ideo tantum, quod talis infinitivus elisione syllabae *-σαι* decurtatus hic semel apud Homerum legitur (cf. Hoffmann., ib. p. 281), sed etiam contra Cratetem hanc notam adscripsit. Haec igitur *διπλῆ* illis quas Wachsmuth. p. 30 contra Cratetis opiniones ab Aristarcho appositas esse statuit inserenda est.

FRAGMENTUM XIII

De litteris *ΜΕΛΔΟΜΕΝΟΣ* quae leguntur in versibus *Φ* 362 sqq.: *ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῷ, | κνίσην*[1]) *μελδόμενος*[2]) *ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο | παντόθεν ἀμβολάδην* .... Cratetis sententia in scholio Ox. c. XVII 30 sqq. (Grenf. et Hunt. p. 74. 84) sic exstat: *Κράτη⟨ς δ' ἐν . δ⟩ιορθωτικῶν*[3]) · „*γραφομέ⟨νου ΜΕ⟩ΛΔΟ⟨ΜΕ⟩Ν⟨Ο⟩,*[4]) *φησίν, ἀντὶ τοῦ „με⟨λδομέ⟩νου διὰ τὸ τοὺς ἀρχαίους ⟨τῷ ο τ⟩ὸ υ μὴ προστιθέναι ἀγν⟨οῆσαι ὁ μεταγράφων προσέρριψε κακῶς τὸ ς* .... ⟩. Iam vero ad ultima verba quae restituimus nonnulla sunt adnotanda: summum enim est redactorem scholiorum hic id studuisse, ut ipsius verba Cratetis afferret; quod et illo *φησίν* et loco ubi *φησίν* in Cratetis verbis scriptum est demonstratur;

[1]) Variant libri inter *κνίσην, κνίσῃ, κνίση*; de formis gemina littera *σ* scriptis vide Hoffmannum, l. s. s. II p. 37. *κνίσης* vero Didymi (cf. Ludw., AHTK I p. 468, 29) teste Eustathio, 1241, 29/33 nulla est scriptura, sed servatum est ex explicatione adversariorum et Cratetis et Aristarchi.

[2]) Sic. codd. omnes, Macrob. Sat. V 11, 23, lemma scholii Ox.

[3]) Ludwich., ind. l. Regim. 1902 p. 20 perperam coniecit *α' διορθωτικῶν*; immo restituendum est *β'* ei qui nobiscum et *Ὁμηρικά* et *Διορθωτικά* Cratetis unum eundemque librum putat, quoniam de *Φ* 195 in *β' Ὁμηρικῶν* Crates verba fecit, nisi quo ordine studia Homerica hoc in libro Crates proferret prorsus ignoraremus (cf. supra p. 48 sq.). Igitur numerus hic nondum potest restitui.

[4]) Pap. *μελδον* quod abbreviaturam esse perperam censuit Allen., class. rev. XIV p. 17; scribendum est *μελδομένο* quod et verbis papyri ipsis et scholio Gen. infra allato postulatur. Perperam igitur Ludwich., l. m. s., *γραφομένῳ* coniecit.

deperditum igitur est verbum quod dicitur finale. Hoc autem Ludwichius, etsi illud intellexit, non vidit; sed recte statuit *προστιθέναι* infinitivum ex verbo *ἀγν⟨οῆσαι⟩* pendere quod cum *διὰ τό* est copulandum: igitur quae proposuerunt Grenf. et Hunt. p. 85 nec non Allen., class. rev. XIV p. 17 neglegi possunt. Scribenda vero sunt quae modo edidimus; qua in re maxime adiuvamur scholio Gen. arte cum Cratetis doctrina coniungendo.

Crates igitur propter usum antiquum scribendi putabat lectionem Homericam foedatam esse, ita ut *μελδομένου* genuinam formam haberet quam Homerus scripsit. Neque enim facile dicat quispiam, quod foede hoc potissimum loco payrus est truncata, fieri posse, ut quid ipse Crates hac in re cogitaret non traditum sit, sed alterius cuiusdam attulerit sententiam reiciendam. Quamquam enim neque negaverimus fieri posse, ut nomen auctoris quem Crates impugnasset in verbis deperditis subsequeretur neque desunt quos auctores Crates potuerit oppugnare, quoniam scimus ex Aristonici reliquiis (cf. Friedl. p. 189 sq. ad *Λ* 104; Lehrs.[2] p. 356), ex scholiis Pindari carminibus adscriptis (cf. Abel., schol. Pind. p. 29 sq.) aliisque ex locis (cf. Lehrs.[2] p. 356) fuisse, ex eis et Aristophanem et Aristarchum, qui ex mendis eorum qui carmina Homerica ex antiqua scriptura transscripserant ansas caperent ad corrigendum, tamen parum illud est probabile, cum his in scholiis Ox. quantum videmus quae ipsi statuerint auctores sub ipsorum nominibus afferri solent.

Atque felicissime factum est, ut in scholio Gen. I ad *Φ* 363 p. 205, 4 N. eadem insit doctrina quam hoc scholiorum Ox. loco Cratetem probasse nunc demum demonstravimus: *Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος*[1]) *καὶ Ἑρμογένης ἐν τῷ περὶ ⟨τῶν ε'⟩* (cf. infra p. 69) *προβλημάτων · ἐγέγραπτο ΜΕΛΔΟΜΕΝΟ, καὶ δέον ἦν ⟨τὸ υ⟩* (addidit Nic.) *προσθεῖναι · κακῶς δέ τις τὸ ς προσέρριψεν . ὁ γὰρ νοῦς · „τῇ κνίσσῃ*[2]) *τηκομένου τοῦ συός." ὁ μὲν ⟨οὖν⟩*[3]) *ποιητὴς μέλδεσθαί φησι τὰ ἑψόμενα,*

[1]) Nihil hic excidisse ex eo sequitur, quod qui hoc putant nullo modo possunt explanare illud *καί* ante *Ἑρμογένης*. Itaque statuendum est et Pisistratum et Hermogenem idem docuisse Cratetem secutos, ita ut Hermogenes sua ex Pisistrati copiis peteret; quod inde luculenter apparet, quod Hermogenis liber unde verba scholiorum redactor sumpsit nominatur, cum inscriptio Pisistrati libri desit. Sic vero veteres citare notissimum est.

[2]) *κνίσῃ* praebent cod. Gen., lemmata scholii *T* ad *Φ* 363 et scholii *B* ab alt. m. ad *B* 423; idem legit Eustathius 1241, 29.

[3]) Inseruimus, quod desideratur.

οἱ δὲ πεποιήκασι τὸν λέβητα τηκόμενον. ἡ δὲ αἰτία γέγονεν ἐν τῷ μὴ τοὺς ἀρχαίους (ἀρχομένους cod.; corr. Nic.) προστιθέναι τῷ ο τὸ υ, ἀλλ' ὅταν τὴν συλλαβὴν ταύτην βούλωνται γράφειν ου, τὸ ἓν γράμμα σημειοῦσθαι μόνον. γεγραμμένου δὴ οὕτως ΚΝΙΣΗΙΜΕΛΔΟΜΕΝΟ (cod. μελδόμενος; corr. Nic.) καὶ οὐ προσκειμένου τοῦ υ ὁ μεταγράφων εἰς τὴν νῦν γραμματικὴν οὐκ ἐνόησεν, ὅτι μελδομένου ἦν, ἀλλ' ἄνευ τοῦ υ ἀναγινώσκων ἀδιανόητον ἡγεῖτο καὶ ἡμαρτημένον εἶναι· διόπερ προσέθηκε⟨ν⟩ ἀντὶ τοῦ υ τὸ σ μελδόμενος ποιήσας. γράφεται οὖν „ὁ λέβης τηκόμενος" ἀντὶ τοῦ ἁπαλοτρεφέος σιάλοιο (cod. σιαλοῖο; corr. Nic.). Sequitur adversarii altercationis refutatio;[1]) tum pergit auctor: φανερὸν οὖν, ὅτι λέγεται „τηκομένου σιάλοιο ζεῖν τὸν λέβητα". οὐ προσφα⟨ινο⟩μένου[2]) δὲ πρότερον τοῦ υ ὁ μεταγράφων, ὅπερ ἔφην, ἐλλείπειν νομίσας τὴν λέξιν προσέθηκε τὸ σ (τὸ ο cod.; corr. Nic.).

Pisistratus vero Ephesius semel nominatur a Laertio Diogene II, 60;[3]) quae vero divolgarit studia Homerica non constat; Crateteis autem quin inserendus sit, dubitare vix possumus. Hermogenes vero non est rhetor ille celeberrimus II. p. Chr. n. saeculi quod voluit Nic. I, praef. p. LXXX: nam talis huius rhetoris libellus omnino notus non est (cf. Christ.[4] p. 783) neque ullo modo potest intellegi quae ratio intersit inter notionem vocis πρόβλημα quam rhetores profitentur (cf. Volkmann., Gesch. der Rhetorik p. 45. 94. 113) et sanationem corrupti versus Homerici. Praeterea non quadrat temporum ratio quod statim apparebit. Melius sane Schrader. PIQ p. 440 sq. hunc confudit cum Hermogene Smyrnaeo medico qui in inscriptione alteri p. Chr. n. saeculo fortasse attribuenda laudibus elatus est (cf. CIG II, 1 no. 3311 p. 768; cf. Kaibel., epigr. Gr. ex lap. coll., 1878, no. 305); quem vixisse I.

---

[1]) εἰ δέ τις τὸ τηκόμενος φήσει ἴσον (cod. ἶσον; corr. Nic.) εἶναι τῷ τήκων, παραθεὶς ὅτι καὶ ὁ λοιδορῶν λοιδορούμενος λέγεται ἢ πεπληγυῖα <ἀντὶ τοῦ πλήσσουσα> (sic scripsimus propter Aristarchi ipsius verba) καὶ πέπληγον δὲ χορόν (θ 264) ἀντὶ <τοῦ> (addidit Nic.) ἔτυπτον, κατανοείτω τὴν ἀνομοιότητα· βιάσεται γὰρ λέγειν· „ὡς δὲ λέβης πυρὶ πολλῷ τήκων", κωλυούσης τῆς ἐπιφερομένης λέξεως· ἔσται γὰρ ἀσύνετον τὸ „σιάλοιο".

[2]) Cod. οὐ πρόσφαμεν οὐδέ, i. e. οὐ προσφαμένου δέ quod comprobat Ludwich., ind. l. Regim. 1892 p. 31 sq. Sed de scribendo tantum hic verba fiunt; accedit, quod in verbo πρόσφημι semper alloquendi notio inest. Mutandum igitur est; sed non cum Nicoleio προφα<ινο>μένου, sed nobiscum προσφα<ινο>μένου scribendum est.

[3]) Funditus igitur deleta est Roeperi coniectura, Philol. III p. 58 sqq., quam suam fecit Susemihl. I p. 500 n. 44.

p. Chr. n. saeculo ineunte coniecit Susemihl. II p. 418. 446 sq. n. 192, II. p. Chr. saeculo ineunte Boeckh., CIG, l. s. s. Quamquam vero liber περὶ Ὁμήρου σοφίας viro non indignus est Crateteorum sectae ut videtur plane pleneque addicto, tamen nullus titulus ex eis qui in inscriptione allati sunt huc quadrat optime: tum si cogites de parte quadam libri περὶ τῆς Ὁμήρου σοφίας, obstat hunc librum esse unius tantum voluminis. Igitur medicum auctorem putare nondum satis est probabile. Neque vero clarior est libelli eius indoles: nam ἐν τῷ περὶ τῶν ε' προβλημάτων re vera legendum esse sequitur ex scholiis *B* ad *Φ* 363 et *T* Vict. ad v. Rectius igitur Lehrs.[2] p. 223 hanc libri inscriptionem servavit quam Ludwich., ind. lect. Regim., 1892, p. 31 sq. et Schrader., PIQ p. 441 eam mutare sunt conati. Atque cur fieri non potest, ut Hermogenes quinque sibi tractanda proposuerit problemata, praesertim cum tales monographias veteres viri docti saepe fecisse videantur (cf. e. g. Schrader., PIQ p. 123, 13: 382)? Solo autem de tempore huius Hermogenis certum iudicium potest proferri. Cum enim in scholio Ox. Cratetis sententiam scholiorum collector non ex Pisistrati et Hermogenis scriptis proferret quod fecit qui scholia Gen. contulit, et Pisistratus et Hermogenes scripserunt non ante annum p. Chr. n. XXXVII (cf. supra p. 56) neque post annum p. Chr. n. CXL.[1]) Iisdem igitur temporibus etiam Parmenio Byzantius attribuendus est (cf. supra p. 9).

Iam vero transeundum est ad quaestionem quae hic maxime nobis cordi est cuius nemo adhuc omnino habuit rationem: quo enim vinculo coniunctum est hoc frustulum scholiorum Gen. cum Cratetis doctrina quam exhibent scholia Ox.? Atque constat re vera qui verba in scholio Gen. fecit eum eadem in explicando μελδόμενος via ingressum esse quam Crates quoque inierat in διορθωτικῶν libro. Utrum vero legerit Crates κνίσῃ an κνίσῃ an κνίσην, expressis verbis nusquam est traditum. Quamquam quis est qui

---

[1]) Post hunc annum non scripsisse eos concludimus ex eo, quod eos opibus Nicanoris qui floruit sub imperatore Hadriano ne verbum quidem in scholia Gen. transiit et quod Herodiani scripta nondum sunt adhibita quod tamen perperam contenderunt Nic. et Ludwich., Jhrbb., 1895, p. 9. Res vero profligatur scholiis ad *Φ* 497. 331. 393 accurate inspectis et cum Herodianeis (cf. Lentz. II p. 33, 3 sqq.; II p. 118, 9. 40, 5; II p. 33. 26. 118, 23. I p. 136, 9) comparatis. Sententiis vero Alexionis (*Φ* 282. 331) et Heraclidis Milesii (*Φ* 325) allatis constat scholia Gen. post fere annum C post Chr. n. congesta esse.

neget auctorem qui item atque Crates hunc versum explicavit etiam in *κνίσῃ* scribendo cum Cratete fecisse? Accedit, quod qui docebat in litteris *μελδομενος* latere genuinum *μελδομενου* accusativos casus *κνίσην* vel *κνίσῃ* expedire non poterat. Sed quomodo his probatis haec verba apud Pisistratum et *ἐν τῷ περὶ τῶν ε' προβλημάτων* ab Hermogene proferri possint, expediri potest, si qua ratione scholia ad *Φ* 363 tradita inter se coniungenda sint satis erit notum; quapropter comparemus schol. Ox. c. XVII, 19; schol. *B* (Schrader., PIQ p. 252 a 22); schol. *T(V)* (ibid. p. 253 n.); schol. *B* (Leid. Lips.) alt. man. ad. *B* 423 (ibid. p. 252 a); Vat. zet. *ι'* (ibid. p. 251 a); schol. *B* alt. man. ad. *Φ* 363 (ibid. p. 251 b); schol. Gen. I p. 205, 1 N. Quibus congestis perquisitis diiudicatis primum quidem sequitur, ut scholion Ox. usque ad verbi *μέλδειν* originationem quae Didymo attribuitur mirum in modum cum eis congruat quae priore loco et Vaticani zetematis et scholii *B* alt. man. ex Porphyrii quaestionibus servata sunt;[1]) quod accuratius proponere non est huius disquisitionis. Id vero addamus hanc adnotationum seriem tam diu pari ratione lectam et transscriptam esse, quod uni eidemque debentur hae adnotationes Didymo; quam sententiam nemo qui rem accurate inspexerit repudiare potest. Igitur certum est zetema Vaticanum, quod decurtatum habemus in scholio *B* alt. m., et scholion *T*, decurtatum in scholio *B*, amplificatum in scholio *B* alt. m. ad *B* 423 quae cuncta ex Porphyrianis fluxerunt (cf. Schrader., PIQ p. 363 sqq.) hac in parte nil aliud praebere nisi teste scholio Ox. doctrinam Didymi quae sic I. p. Chr. n. saeculo ineunte erat conscripta.

Post hanc Didymi doctrinam in Pophyrii excerptis (Vat. zet. = schol. *B* alt. m.) legimus sententiam qua modeste prolata (*μήποτε* . . .) lectio *κνίσῃ μελδόμενος* explicatioque ex verbo *ἄλδειν* petita comprobatur; quae inveniuntur verbis quodammodo mutatis etiam in *T (V)*, aliquatenus decurtata etiam in *B*.[2]) Has vero sententias Pophyrium ita protulisse, ut acciperet suasque faceret, certum est.

Atque inter has Didymi et Porphyrii ipsius sententias Hermo-

---

[1]) Hanc intercedere rationem inter scholia Ox. et Porphyrii quem adhibebat commentarium Homericum alio loco iam vidit de Wilamowitz., Goett. Gel. Anzgn., 1900, p. 37.

[2]) Perperam igitur Schrader., PIQ p. 454 scripsit, si quis statuisset Hermogenem probasse *μελδομένου*, non posse eum explicare quaenam sit illa *συνήθης γραφή*.

genis doctrina in scholiis *BT (V)* prolata est. Nobis[1]) vero videtur veri simile Hermogenem apud Porphyium allatum non fuisse, sed huc ex alio scholiorum genere translatum esse,[2]) scholiorum Gen. haud dissimili. Nam primum quidem Porphyrius in zetemate Vat. = scholio *B* alt. m. contra Didymi tantum et veriloquium et scripturam pugnat neque omnino lectionem *μελδομένου* novit (cf. Schrader., PIQ p. 454); tum etiam in scholiorum *BT (V)* ea parte quam quid Porphyrius vellet exhibere modo cognovimus Hermogenis doctrinae nullum adest vestigium, etsi scholiasta qui Porphyrianis memoriam Hermogenis inseruit huius rei in eo rationem habuit, quod et omisit verba quibus Porphyrius increpuit Didymum et mutavit enuntiati initium. Certe vero nunc scimus Porphyrii verba quae in scholiis *BT (V)* post Hermogenis opinionem leguntur plane pleneque ab Hermogenianis separanda esse.[3]) Quam igitur censemus esse sententiam Hermogenianam? Ex tribus locis ubi Hermogenis nomen traditum est scholion Gen. et scholion *T (V)*[4]) plane inter se de Hermogenis doctrina consentiunt; nam in *T (V)* *μελδομένο* formam inauditam quaeque videbatur corrupta ex *μελδομένου* quod subsequitur a scribis restitutam esse nemo non videt, praesertim cum illud *μελδομένο* ei qui legit pronuntiandum esset item ac *μελδομένου*.[5]) Sed quomodo his cum testimoniis coniungenda sunt verba scholii *B*: *Ἑρμογένης . . . γράφει „κνίσῃ μελδόμενος“, ἵν' ᾖ „τῇ κνίσῃ“* . . .? quae vero sequuntur verba *λιπαινόμενος κτλ.* Porphyrianam praebent sententiam. Censemus nos hoc *μελδόμενος* testimonium quo Hermogenem ita legisse comprobetur omnino non esse. Quae immo re vera hic scripta erat forma *μελδομένο* alius scriba in

---

[1]) Res enim non conficitur eis quae exposuit Schrader., PIQ p. 454. p. 364 sq. 446.

[2]) A scholii Vict. vel potius *T* indole ac natura non abesse in verba ex Pophyrio petita res aliunde excerptas inferre pluribus monstravit Schrader., PIQ p. 451 sq.

[3]) Falso igitur iudicavit hac de re Schrader., PIQ p. 252 n. ad. l. 3 sqq. p. 454.

[4]) Totus Victorianus codex codicis Townleyani est apographon (cf. Hoffmann., l. s. s. p. 217; Maass., Hermes. XIX p. 274; praef. ad scholiorum *T* editionem p. VIII), sed ita ut quibusdam locis codex Victor. meliora videatur servasse quam codex *T* (cf. Ludwich., ind. lect. Regim. 1897 p. 13 sq. 1900 p. 5; Allen., class. rev. XV p. 98).

[5]) Perperam igitur Maass., schol. *T* p. 357 ad l. correxit *μελδομένου* in *μελδόμενος* quod in Victor. codicis verbis fieri iussit item male Schrader., PIQ p. 454; vide Addenda ad *Φ* 363 p. 488.

μελδομένου alius in *μελδόμενος* mutavit: hoc vero factum est, cum iam in scholio *B* lacuna foedato illud *μελδομένο* arte coniungebatur cum illo *λιπαινόμενος* quo opinio explicatur Porphyrii; unde hoc scribae mendum facile intellegitur. Igitur nullum omnino testimonium habemus Hermogenem *κνίσῃ μελδόμενος* legisse.

Quibus comprobatis omnia essent dilucida planaque, nisi scholio *T (V)* etiam alia exhiberentur; afferuntur enim inter Hermogenis et Porphyri sententias et scriptura huius versus *κνίσῃ μελδομένου*[1]) et veriloquium verbi *μέλδειν* ex verbo *ἕδειν*; quae adnotationes cum parte earum quae scholion *T ἄλλως* (Maass. VI p. 358, 12) continet ad verbum congruunt. Hanc vero versus scripturam Hermogenis non esse propter illud *κνίσῃ* certum est, cum scripserit Hermogenes *κνίσῃ*. Sed iam quaerendum est possitne fieri, ut auctorem huius scripturae Hermogenes attulerit in libro suo. At valet aliquid contra hanc coniecturam, quod in scholio Gen. quod in Hermogenis doctrina allata tam longum est vestigium huius sententiae plane deest; tum mirum est, quod in scholio *T ἄλλως*, etsi haec duo enuntiata in scholio *T (V)* verbum e verbo sunt allata, tamen Hermogenis non fit mentio. Deinde illo verbi *μέλδειν* veriloquio, quod, quamquam hic suo loco non est, scholiis, quae hic tractamus, perspectis (cf. supra p. 70), scholio *T ἄλλως* teste hac cum scriptura erat arte conexum demonstratur haec verba non cum Hermogenianis quae in scholio *T (V)* praecedunt esse coniungenda, sed ad verborum conexum pertinere quem praebet scholion *T ἄλλως*. Hoc vero scholion ex scholio *T (V)* derivatum non esse quod contendit Hoffmann., l. s. s. p. 234 statuere cogimur ex eo potissimum, quod Callistrati explicationem quam scholion *T ἄλλως* his paucis verbis continet: *τὴν πιμελὴν τήκων* (cf. schol. Aristou. Gen. I ad *Φ* 363 p. 205, 1 sq. N.) scholion *T (V)* non praebet neque umquam ut opinamur exhibuit ideo, quod fluxit Didymi ex copiis, cum illa Callistrati e x p l i c a t i o ex Aristonici libro esset sumpta. Igitur hoc scholion *T ἄλλως* in scholion *T (V)* quod ex Porphyrii libro promanavit a scribis perperam insertum esse demonstratum est.[2]) Qua ex re sequitur Hermogenem hanc

---

[1]) *κνίσῃ T*; *κνίση V* quod recte se habere demonstratur explicatione quae subsequitur *τὴν κνίσαν* et eo, quod quae elementa servavit scholion *T ἄλλως ἠμελλομένου* corrigenda sunt recte procul dubio in *<κνίσ>η μελδομένου*.

[2]) Scholion *T ἄλλως* ex diversissimis frustulis conscriptum est: cum enim prima adnotatio ad scholia Gen. referenda sit, altera et quarta adnotatione

sententiam non attulisse neque adhibuisse illam originationem quae est Didymi teste scholio Ox. Itaque neque illa duo scholii *T (V)* enuntiata ex scholio *T ἄλλ.* petita neque Hermogenis mentio a Schradero Porphyrianis inserenda erant; quae igitur ipse Schrader., PIQ p. 454 his de scholiis statuit plane pleneque nunc sunt sublata.

Hermogenes igitur legit *κνίσῃ μελδομένου*; mendum vero *μελδόμενος* in versu Homerico pari ratione atque Crates explanavit. Quapropter asseveremus necesse est eum qui in scholio Gen. verba facit Hermogenem esse qui Cratetis doctrinam quam Pisistrato Ephesio debuit ut suam vendidit. Omnia igitur verba scholii Gen. praeter ea quae p. 68 in n. 1 edidimus possunt adhiberi in restituenda Cratetis doctrina.

Iam igitur etiam Cratetem praeter Aristophanem (cf. Porph. ex Philemonis *συμμείκτοις* in Vat. zetemate *η'* ad *Φ* 126 sq. Schrader., PIQ p. 287, 21; vide Lehrs.[2] p. 356)[1]) et Aristarchum (cf. supra p. 67) *τὸν μεταχαρακτηρισμόν*[2]) in arte critica factitanda adhibuisse certum est. Sed utrum re vera veterum scripta *μεταχαρακτηρισμόν* passa sint necne, hic nobis non locus est quaerendi: docti autem viri hac de re maxime inter se pugnantes certum iudicium nondum protulerunt. Propterea nullum hic possumus ferre iudicium de Cratetis coniectura satis ingeniosa quae sane, si legitur *κνίσῃ*, unicum est auxilium quo versus sanetur. Nos vero hic nil aliud spectamus nisi ut quaeramus quomodo quoque iure Crates de hoc metagrammatismo sententiam protulerit. Hic enim multo magis quam Aristophanes et Aristarchus factum esse olim metacharacterismum confessus est et menda quaedam ex eo fluxisse: accurate enim novit scriptum olim, scil. *ἐν παλαιοῖς ἀντιγράφοις*, exstitisse *ΜΕΛΔΟΜΕΝΟ* quod ex ignorantia qui trans-

---

adducimur ad Didymi opes, tertia novam scripturam huius versus cognoscimus cuius qui auctor sit fortasse gliscentibus studiis eruetur. Aliud vero scholiorum genus hoc scholio *T ἄλλως* nobis videtur monstrari quod nullo cum scholiorum corpore servato comparari potest.

[1]) Fortiter obstat Aristophani Porphyrius ipse (Schrader., PIQ p. 289 a 9 = b 8) qui nititur Aristarchi doctrina (v. Ariston. ad *Φ* 126 (Friedl. p. 307); Ludwich., AHTK I p. 460 n. ad v. 13; Schrad., ib. p. 447).

[2]) VIII praeterea locis huius litterarum discriminis mentio fit: Hesych. III p. 94 Sch. = Phot., lex. I p. 417 Nab. s. v. *μεσοπέρδην*; schol. *MTAB* ad Eur. Phoen. 682 (Schwartz. I p. 320, 7); Galen. XVIII, II p. 778 K.; schol. *T* ad *H* 238; schol. Ven. *A* ad *Ξ* 241 quod ex Alexandri Cotyaeensis scriptis petitum est; schol. *HOPQV* ad *α* 51; schol. *HMQR* ad *α* 254; schol. *DEHMV* ad *α* 275.

scripserunt non *μελδομένου*, sed *μελδόμενος* esse perperam sibi persuaserant. Attamen in manuscripto hanc formam se invenisse Crates nec dicit neque ut opinamur potuit dicere, cum nullum talem codicem haberet ob oculos; si enim haberet, alia ratione ad hanc coniecturam stabiliendam auctor verba elegisset: mera igitur haec est Cratetis coniectura pariter atque Aristophanis et Aristarchi hac de re sententiae. Transscripta autem sunt carmina Homerica secundum Cratetem *εἰς τὴν νῦν γραμματικήν*, i. e. in Ionicam illam litteraturam quae ex ora Asiae maritima orientem versus ad insulas maris Aegaei, deinde ad Graecos Graeciam incolentes, denique ad Graecos occidentales sensim videtur comportata esse. Sed quae erat antiquorum Graecorum scriptura quam Crates spectavit? An Atticorum? Quos sane spectare potuit, cum Atticorum scripturae esset diphthongos unica scribere littera: i. e. *O* pro *ου*, *E* pro *ει*; vide Larfeld., Attische Epigraphik p. 397 n. 5; Meisterhans., Gr. d. att. Iss. [3] p. 24. Sed idem fit aliis etiam in dialectis; quapropter Cratetem quippe qui de veteribus Graecis, non de antiquis Atheniensibus faceret verba, Atticam litteraturam hic in animo habuisse certum non est. Dolemus igitur, quod nihil traditum est quid de Homeri patria statueret Crates (cf. Wachsmuth. p. 39). Itaque haec quaestio solvi nequit.[1]) Sed facile potest intellegi qua ratione Crates eo inductus sit, ut illum metacharacterismum acciperet: vixisse enim Homerum sub ipsis Troici belli temporibus Crates putavit (cf. Wachsmuth. p. 39 sq.); omnes vero Graeci sciebant elementa quae olim ad scribendum adhibebant Phoenicum ex litteris a proavis esse sumpta; quae posteriore aetate a litteratura quam habebant suis temporibus immutata vel expulsa sunt (cf. Larfeld., Handbuch der Epigraphik p. 494). Crates igitur, si

[1]) Hac de re posset certum aliquid dici, si qua cum specie probabilitatis statui posset Cratetem re vera accepisse illam sententiam qua Pisistratum ducem Atheniensium Homeri carmina confusa antea ac dissipata in unum collegisse ac disposuisse ita ut nunc habemus contendit III. iam a. Chr. n. saeculo Dieuchidas Megarensis (cf. de Wilamowitz., hom. Unters. p. 240 sq.). Cratetem vero hac fuisse opinione inde veri videtur simile, quod omnino mendi quod omnibus in mss. adest explicationem ex transscribentium inscitia sumpsit quodque secundum illud *ὁ μεταγράφων* apud Hermogenem semel uno loco ab uno certo homine hunc metagrammatismum esse perfectum censuit. Accedit huc, quod Asclepiades Myrleanus Crateteorum sectae certe addicendus (cf. Wachsmuth. p. 6; B. Müller., l. s. s. p. 22) eandem de Pisistratea Homericorum carminum recensione sententiam prodidit (cf. B. Mueller., ib. p. 43).

omnino scribendi artis participem fuisse poetam censuit quod certe fecit, quoniam poetam eruditissimum omnium Graecorum magistrum habebat, re vera ad metagrammatismum adduceretur necesse erat. Videmus ergo et Aristophanem et Aristarchum et Cratetem carminum Homericorum metacharacterismum pro certo habuisse; sed accurate etiam intellegimus horum celeberrimorum grammaticorum hac de re sententiam infirmissimis stare talis: Aristophanes enim coniecturam tantum protulit; Aristarchus vero falso Homerum putabat Atheniensem; Crates autem Homero scribendi artem obtrusit neque omnino de carminum epicorum natura atque origine recti quicquam habebat compertum. Haec igitur testimonia quaerentibus, utrum re vera statuendus sit metagrammatismus necne, praetermittenda sunt quod non viderunt Cauer., Grundfragen p. 70, alii.

Atque Hermogenem re vera Cratetis vestigiis institisse demonstratur et eo, quod quid hoc loco Aristarchus scripserit notum est[1]) et quod Hermogenes in verbis in n. 1 p. 68 supra editis Aristarchum ipsum aggressus est. Hoc enim certum est verbis *ἡ πεπληγυῖα* ⟨*ἀντὶ τοῦ πλήσσουσα*⟩ comparatis cum scholiis Ariston. *A* ad *B* 264 (Friedl. p. 65; vide scholia *BT* ad v.); ad *E* 763 (Friedl. p. 3. 114); ad *N* 60 (Friedl. p. 215; cf. scholion *T* ad v.); ad *O* 730 (Friedl. p. 255); cum scholio Ariston. ad *κ* 238 (Carnuth. p. 96; adde Eust. 1657, 1).[2]) Tum Aristarchum Odysseae versum *ϑ* 264 *πέπληγον δὲ χορόν* illa ratione explanasse quam Hermogenes refutat sequitur ex verbis Heraclidis Milesii (cf. Cohn., stud. Berol. philol. I p. 675)[3]) qui Aristonici talibus de verbis qualia sunt *πεπλήγω λελάβω* sententiam impugnat; atque Aristonici nomen hic nil aliud valere nisi Aristarchum ipsum sequitur ex scholiis ad verbi *λαγχάνειν* formam *λελάχωσι* adscriptis (cf. Friedl., Ar. p. 11 n. 1; adde Eust. ad *A* 168 [73, 3]); ex scholio Ariston. *E* ad *δ* 388 [Carnuth. p. 47]; ex verbis Ariston. apud Eust. ad *ϑ* 264 [1596, 1 sqq.].

Sed iam oritur quaestio omnium difficillima: quaeritur enim,

[1]) cf. schol. Ariston. *A* Gen. I; Did. A[t] Ox.; Porph. *B* zet. Vat. *ι'* = schol. *B* alt. m. ad *Φ* 363. Vide Apoll. Soph. p. 110, 32 B.; Suid. II, 1 c. 760, 14 Bernh.; Ps. Zenodor. p. 410 ed. Mill.

[2]) His locis comparatis certum est nos recte verba haec scholii Gen. restituisse.

[3]) Herodianus (Lentz. II p. 81, 6) Heraclidam secutus est quem ab Herodiano allatum fuisse sumimus ex eis quae in *περὶ ἀκλίτων ῥημάτων Αἰλίου Ἡρωδιανοῦ* leguntur apud Hilgard., prg. gymn. Heidelberg. 1887 p. 30, 2.

utrum haec Aristarchi oppugnatio sit Hermogenis vel Pisistrati, auctoris eius, an ab eis ut tota doctrina ex Cratetis *διορθωτικῶν* libro deprompta sit. Ex verborum vero forma ac notione argumenta colligi nequeunt. Sed certum id est eum qui horum verborum auctor est ante oculos habuisse locum quo de sententia Aristarchea fusius actum esset: quod suspicamur ex scholii Gen. verborum ipsa forma et ex multitudine testimoniorum quae allata sunt. Utrum vero apud hunc Aristarcheum grammaticum Cratetis opinio fuerit refutata necne dispici nequit. Mirum autem id est, quod ille auctor et *κνίσῃ* et *κνίσην* scripturas omnino non novisse videtur: argumentum enim quo nisus Aristarcheam refutavit explicationem illis lectionibus cognitis stare non potest. Censemus autem, cum ex codice suo unum novisset *κνίσῃ*, aliarum lectionum eum omnino habuisse nullam rationem. Atque hoc potissimum non abest a Cratetis ratione; sed iure dixerit quis hanc rationem etiam ad serioris aetatis auctores quadrare optime qui codices nequaquam tali industria undique comportabant atque inspiciebant quali erat Aristarchus vel etiam Seleucus. Qualem sententiam id adiuvat, quod facilius intellegitur auctorem serioris aetatis, cum de hoc *μελδόμενος* egit, hoc tantummodo verbum explicasse neque omnino vocis *κνίσῃ* mentionem iniecisse quam creditur Cratetem tam infeliciter pugnasse contra doctrinam Aristarchi. Sed in re tam lubrica ac dubia latius progredi nolumus. Nos vero nobis persuasimus praecipue propter hanc haud felicem oppugnationem Aristarcheae doctrinae haec verba non Cratetis, sed Cratetei cuiusdam esse asseclae, sive auctor erat Pisistratus sive Hermogenes sive grammaticus his antiquior qui adhuc ignotus est. Quapropter hoc loco non impedimur, quominus statuamus Cratetem ante Aristarchum studia Homerica subisse quod confirmatur et illis *διπλῶν* signis quae contra Cratetem Aristarchus versibus adscripsit ab Aristonico postea explicata [1] et silentio quo Crates praeteriit quae Aristarchus de versu *Φ* 195 dixerat (cf. supra p. 49 sq.).

FRAGMENTUM XIV

In versu *Φ* 558 *φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήιον* quem codices alii omnes sic praebent exhibet unus *Ἰδήϊον* ut docuit nos Allen., class.

[1] Aristarchus Cratetis de *Φ* 363 sententiam ipse iam refutarit necne demonstrari nequit; illud tamen est probabilius.

rev. XIV p. 244. Idem legit in codice suo ille qui fecit *παράφρασιν* quam edidit Bekker. c. 789 a ad v.: *φεύγω πρὸς τὸ Ἴδιον πεδίον*. Item Crates vulgata lectione spreta scripsit *Ἰδήϊον*: cf. ad *Φ* 558 (v. Ludwich., AHTK I p. 473, 13):

schol. Did. *A*: *Ἰλήιον*| *οὕτως* (scil. *Ἀρίσταρχος*) *Ἰλήιον διὰ τοῦ λ ἀντὶ τοῦ Ἰλιακόν*, [2])	schol. *BTV*: *(πεδίον T) Ἰλήιον*|	Eust. 1250, 66: *ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ . . ὁ ποιητὴς . . τὸ Τρωικὸν πεδίον . . Ἰλήιον λέγει ἤγουν Ἴλειον*, [1]) *τουτέστι περὶ ὃ*
ὁ δὲ Κράτης Ἰδήιον, τὸ Ἰδαῖον	*τὸ πρὸς τῷ τάφῳ τοῦ* (om. *TV*) *Ἴλου*. [3]) *ὁ δὲ Κράτης Ἰδήιον γράφει, ἵν' ᾖ · τὸ τῇ Ἴδῃ ὑποκείμενον*	*τέθαπται Ἶλος . . τινὲς δὲ πεδίον Ἰδήιον γράφουσι, τὸ τῇ Ἴδῃ ὑποκείμενον, διὰ τὸ εὐθὺς ἐπαγαγεῖν τὸν ποιητήν · ὄφρ' ἂν ἵκωμαι | Ἴδης ⟨τε⟩ κνημούς . .*

Aristarchus ergo codicum *Ἰλήιον* servavit explicavitque *Ἰλιακόν*, ita ut nominibus *Τρωικόν* (*κ* 11 *Ψ* 464) et *Σκαμάνδριον* (*B* 465) eadem atque *Ἰλήιον* nomine a poeta notetur regio. Sed etiam verba quae in scholio Did. *A* desunt quibusque *Ἰλήιον* derivandum esse ex illius Ili Troianorum proavi nomine statuitur ex Aristarchi doctrina sumpta esse inde contendi licet, quod scimus Aristarchum media hac in planitie bustum illius Ili fuisse arbitratum esse (cf. schol. Ariston. *A* ad *Λ* 166 [Friedl. p. 191]; ad *K* 415 [Friedl. p. 180]; vide Lehrs.[2] p. 226). Recte vero quid Aristarchus censeret Homerum versu *Φ* 558 dicere velle explicavit Hoffmann., l. s. s. I p. 295.

Cum vero certum non sit verba quibus nomen *Ἰλήιον* cum Ili nomine coniungitur Didymi olim in libro infuerint an in scholiis *A* interlin. *BT* Gen. II. Hesych. Eust. aliunde, i. e. ex Aristonici libro, transierint (cf. Ludwich., AHTK I p. 168 sq.), item nequit accurate perspici, num omnes illi loci ubi de scriptura *Ἰδήιον* agitur ex libro Didymi profluxerint. Contra censemus nos, et propter

[1]) Eust. *Ἰλήιον* pro forma Ionica habet loco formae *Ἴλειον*.

[2]) cf. Hes., s. v. *Ἰλήιον*: *τὸ Ἰλιακὸν ἀπὸ Ἴλου · τὸ τῆς Ἰλίου πεδίον*; quae verba sunt excerpta ex adnotatione Eustathianis simillima. Aut igitur Didymus pro natura libri satis habuit sententias Aristarchi et Cratetis strictim adponere, ita ut ex Aristonico essent Hesychii verba, aut scholion *A* valde est decurtatum.

[3]) cf. schol. interlin. *A*: *ἐν ᾧ Ἴλου τάφος*; schol. Gen. II p. 194, 19 N: *τόπος ἐν ᾧ ὁ Ἴλου* (cod. *Ἰλίου*) *τάφος*.

illos locos Aristoniceos de Ili busto modo allatos et ideo, quod Didymus in libro illo collegit scripturas, non explicationes virorum doctorum, ea quae scholia *A* interlin. *BT* Gen. II. Hes. Eust. exhibent ad Aristonici libellum magis esse referenda, ita ut olim versui *διπλῆς* notam Aristarchus contra Cratetem apposuerit. Eustathium igitur et hoc loco totam fere adnotationem Aristonici servasse fortiter contendimus.

Secundum igitur Didymi et Aristonici, i. e. Aristarchi ipsius, testimonia Crates vulgatum *'Ιλήιον* legi vetuit ideo nempe, et quod vox apud Homerum alibi non obvia haud facile a vocibus *'Ιλος* vel *"Ιλιον* potest derivari et quod videtur absonum eum qui vult effugere Graecos campum petere, non urbem munitam. Sed etiam versu qui subsequitur Cratetem commotum esse, ut hoc modo versum *Φ* 558 mutaret, Eustathius testatur. Itaque lenissima commutatione litterae *Λ* traditae in litteram *Δ* Crates Homerum a mendo liberare studuit. Sed rem ita profligasse eum vix censemus;[1]) gravius enim inesse videtur in versu vitium (vide van Leeuwen. et da Costa., ed. Il. II p. 517).[2]) Quamquam enim campi qui sunt apud urbem Troiam maxime orientem versus iure possunt appellari *'Ιδαῖον πεδίον* (cf. Doerpfeld., l. s. s. II p. 619 t. I), tamen obstat nomen apud Homerum iterum non legi, tum vocis formam *'Ιδήιον* pro usitato *'Ιδαῖον* positam esse. Igitur temptamen hoc est Cratetis sagaciter sane excogitatum, ut quam lenissime mendum tolleretur, attamen non accipiendum (cf. Wachsmuth. p. 30).

FRAGMENTUM XV

Tractatur vox *κατηφόνες* quae est in versu *Ω* 253: *σπεύσατέ μοι κακὰ τέκνα κατηφόνες*; quam omnes praebent et codices et papyri adhuc noti praeter Laurentianum D XXXII, 15, s. XI/XII qui tamen in verbis a manu saeculi demum XV. exaratis (cf. Leaf., ed. Il. I² p. XXVIII) exhibet *κατηφέες*.

Aristarchum vero *κατηφόνες* scripsisse apparet ex scholio Did.

¹) Iniuria igitur laudavit Cratetem Frd. Aug. Wolf., prolegg. p. 280 defenditque eum Welcker., op. II p. LXsq.; quem tamen perperam de urbis celeberrimae situ iudicasse nunc Schliemanni potissimum curis certum est (cf. Doerpfeld., Troia u. Ilion, 1902, II p. 601 sqq.).

²) Igitur Aristarchum et ipsum pariter falso iudicasse opinamur.

A ad v. (cf. Ludwich., AHTK I p. 500, 13): cf. Eust. ad v. (1348, 42); Et. M. 497, 6/8 = Et. Flor. p. 180 ed Mill. = Et. Gud. p. 307, 52 St.; Apoll. Soph. p. 96, 26 B.; Hes. I, 2 p. 447 Schm.; Suid. II, 1 p. 168 Bernh. Herodianum vero hac in voce explicanda Aristarchi institisse vestigiis clarum est ex scholio Herod. *A* (Lentz. II p. 126, 24) quocum coniungenda sunt scholia *BT* ad v. Sed suspicio non potest non oriri quae Ludwichius Didymi ex opibus esse contendit illo *οὕτως* codicis Ven. *A* confisus cunctane maiore iure Herodiano attribuenda sint. Ad hunc enim quae leguntur in scholiis, in *BT* potissimum, praeter verba scholii *A* *οὕτως 'Αρίσταρχος* optime quadrant, minus ad Didymi libellum, praesertim cum in Et. M. 513, 31 sq. adnotetur vocem *κατηφών* ut feminini generis accentu acuto in ultima syllaba scribi: quae verba Herodiani propterea sunt, quod quae cum vocabulo *κατηφών* hoc Et. M. loco arte coniuncta est vox *Κολοφών* apud Arcadium qui vocatur (cf. Cohn. PWRE II s. n., no. 5, c. 1153 sqq.) 16,3 Barker. item tractatur.

Igitur Aristarcheorum erat sententia Homerum, ut Priamus filios etiam verbis quibus usus est vehementissime increparet, novum atque inauditum sibi finxisse vocabulum cuius iam forma ipsa filios ignavos et debiles ut feminas esse indicaretur. Quod ad confirmandum Herodianus vocem *Μακεδόνες* attulit quo demonstraretur huius modi formas de viris posse dici.[1])

Quomodo vero hac in re Crates iudicarit cognoscimus ex scholio Didymeo vel potius Herodianeo *A* ubi de Cratetis sententia ex Aristarchi opibus haec verba tradita sunt: *Κράτης μέντοι κατηφέες γράφει.* Videmus ergo Cratetem ut hodie omnes docti viri intellexisse vocem *κατηφών* nihili esse neque posse secundum linguae leges ex *κατήφεια* vel *κατηφέω* derivari. Itaque sprevit explicationes; voce vero hac reiecta illud Homeri vocabulum

¹) Rem igitur non intellexit Lobeck., ad Soph. Ai. v. 222 p. 143³ sq. — Ceterum Aristarchi doctrinam Philoxenus Alexandrinus amplexus originationem vocis ipse addidit: cf. Leyde., de Ap. Soph. lex. Hom. p. 24; v. Eust. 1348, 45; Apoll. Soph. p. 96, 26 sq. 19 B.; schol. *BTT ἄλλ.* ad *Ω* 253; Et. M. 496, 54—497, 2 = Et. Flor. p. 180 ed. Mill. = Et. Gud. p. 307, 45 St.; schol. *BT* ad *X* 293, *P* 556; schol. Gen. I ad *Γ* 51; Et. M. 496, 53 sq. *κατηφόνες* item scripsit Heraclides Milesius quod explicavit ex dialecto Dorica: cf. Eust. ad *P* 120 (1098, 15 sq.); ad *Ω* 253 (1348, 44. 45 sq.); ad *κ* 190 (1654, 34/6); vide Frye., stud. Lips. VI p. 164 sq.; Cohn. stud. philol. Berol. I p. 667 sqq. Adde scholion *T* ad *Ω* 253; paraph. Bekk. c. 806 a ad v.; Et. M. 497, 5 = Et. Flor. p. 180 ed. Mill.

quod et ad versus rationem et ad sensum quadrat optime ex versu ω 432 huc detulit. Quod recte eum fecisse omnes spretis et Aristarcheorum et Heraclidae sententiis concedent. Igitur etiam Crates usum dicendi Homericum videtur hic vel illic perscrutatus esse.

Postremum adnectamus olim etiam verba Aristonici nunc omissa versui fuisse adscripta: nam *διπλῆς* nota ad versum in cod. Ven. *A* folio 315 v. servata est, quam more solito Aristarchum etiam hoc loco et contra adversarii sententiam et ad suam ipsius explicationem qua illum refutavit adposuisse persuasum nobis est.[1]) Aristonicum igitur fere haec hic adnotasse opinamur: *ἡ διπλῆ, ὅτι Κράτης γράφει κατηφέες · Ἀρίσταρχος δὲ κατηφόνες · θηλυκῇ γὰρ προσηγορίᾳ ὀνειδίσαι τοὺς υἱοὺς ἠθέλησεν οἷον κατήφειαι.*[2])

Priusquam vero finem huius disquisitionis facimus, agendum est de duobus locis qui, quamquam Cratetis nomen cum eis aliquo modo coniunctum est, tamen ad sententias eius cognoscendas apti non sunt. Didymus enim tradit (cf. Ludwich., AHTK I p. 295, 8) Parmeniscum Aristarchi ipsius discipulum *ἐν τῷ α΄ πρὸς Κράτητα* affirmasse Aristarchum (cf. schol. *T* ad *Θ* 513) legisse *ἀλλ' ὥς τις κείνων γε* in versu *Θ* 513 (cf. Wachsm. p. 20 n. 1). Quid vero hoc loco Crates scripserit erui nequit. Atque ne id quidem certe potest dici, num Crates aliter atque Aristarchus legerit; quod tamen ideo credere par est, quod, si uterque vir doctus idem legisset, Didymus hic alia verba adhibuisset; quapropter veri videtur simile Cratetem hoc in versu vulgatam legisse et probasse scripturam quam Aristarchus de rebus grammaticis multo magis edoctus (cf. Apollon. Dysc., de pronomine p. 57, 19 RSchn.), sed tamen nimis linguae legibus obsecutus omisit vel potius in commentario omittere sese malle dixit. Ex aliis vero Parmenisci fragmentis de ratione quae est inter Cratetem et Parmeniscum nihil potest indagari.

Idem Didymus Dionysii Thracis librum *πρὸς Κράτητα* inspexit (cf. Lehrs.[2] p. 26; Ludwich., AHTK, I p. 306, 30), ut quam in versu *I* 464 Aristarchus acciperet scripturam cognosceret ac demonstraret; hic enim non semper idem hoc loco comprobavit,

---

[1]) Rem igitur non perspexit W. Ribbeck., Jahn. annal. LXVI 1852 p. 14 n.

[2]) Aristonici fragmenta nunc iterum colligenda esse persuasum nobis est; item Herodiani libros nunc melius quam potuit Lentzius posse restitui arbitramur.

sed gliscentibus studiis melius edoctus aliter legit. Omnes vero codices praebent in *I* 464 *ἀμφὶς ἐόντες* praeter codices Mosquensem et Leidensem qui pr. m. habent *ἐγγὺς ἐόντες* quod una cum verbis *ἐν ἄλλῳ* scriptum est etiam in codice Ven. *A* (cf. Ludw., AHTK I p. 157), alt. m. *γρ' ἀμφὶς ἐόντες*. Quapropter Wachsmuthium p. 19, 29 qui *ἀντιόωντες* declaravit esse scripturam ab omnibus quot scimus codicibus exhibitam hac in re prorsum errasse certum est. Contra statuendum est *ἀντιόωντες* esse nil nisi scripturam quam teste usus Dionysio Thrace Didymus hoc loco Aristarchum olim accepisse tradidit. Sed Aristarchus eam postea omisit *διὰ τῆς ἱπποδρομίας*, i. e. versibus *Ψ* 330. 393. 643 permotus. Igitur Wachsmuthius perperam p. 19 sq. statuit Cratetem *ἀντιόωντες* lectionem defendendam sibi sumpsisse, quoniam hanc Aristarchi coniecturam *ἀμφὶς ἐόντες* Dionysius Thrax explicasset *ἐν τῷ πρὸς Κράτητα*. Immo quid hoc loco scripserit Crates latet. — E reliquiis autem studiorum Dionysii Thracis Homericorum (cf. Schmidt., Philol. VII. VIII) nihil invenimus quo nos eo adduceremur, ut certo vinculo Cratetem et Dionysium esse coniunctos affirmare possemus.

Restat, ut abrogemus Crateti nonnulla quae grammatico Pergameno perperam sunt obtrusa: in scholio Nican. *A* ad *Γ* 155 (Friedl., Nic. p. 168 sq.) Ptolemaeus Ascalonita *ἐν τῷ περὶ τῆς Κρατητείου αἱρέσεως* attulit quendam qui scripsit *ὦκα* pro *ἧκα*; quem vero hic in animo habuerit Ptolemaeus etiam hodie latet (cf. Wachsmuth. p. 8 n. 1. p. 35; Ludwich., AHTK I p. 235, 18). In Et. M. 194, 23 = Et. Flor. p. 63 ed. Mill. Crates quidam est allatus et item Euphorio poeta ille Chalcidensis; hic vero Crates procul dubio est poeta comicus (cf. Wachsmuth. p. 35), praesertim cum forma *βέθρον* ad versus Homericos *Θ* 14 et *μ* 94 nullo modo quadret. Deinde in scholio Ox. ad *Φ* 122[1]) Allen., class. rev. XIV p. 244 censuit Cratetis nomen esse restituendum, sed recte monuit Wachsmuthius totam hanc opinionem a ratione et doctrina Cratetis

---

[1]) *<τὸ ἐνταῦθοι ὁ Θρ>ᾷξ βαρυτονεῖ · τὸ γὰρ περισπᾶν τῆς νεωτέρας Ἰάδος*: cf. schol. Paris. 2766 (Cramer., AP III p. 291, 27); Ven. *N* (Ludwich., ind. lect. Regim. 1893/4 p. 16); *οἱ δὲ διὰ το<ῦ> κε „κ<ῆσο“* (cf. Herod., Lentz. II p. 46, 24. 56, 19. 92, 10; schol. Herod. *T* ad *Φ* 122 [Maass. VI p. 342, 11 sq.]) *εἵλο>ντο ἐκ τοῦ ἐνταῦθα <πα>ρα | <γωγήν>* (sic restituit Ludwich., ind lect. Regim. 1902 p. 13 sq.; peiora coniecit Allen., class. rev. XIV p. 16): cf. scholion Paris. 2766 (Cramer., ibid. p. 291, 27 sqq.) et scholion *N* quod melius est.

toto caelo abesse. Praeterea docuit nos Wachsmuthius optime quadrare et ad rem et ad litteras traditas, si restitueretur ⟨ὅ⟩δ' Ἀ | ⟨σκαλωνί⟩της ἐκ τοῦ ἐνταυθ⟨ί, ὥστ⟩ε τὴν ⟨λέξιν περι⟩σπωμένην γεγ⟨ράφ⟩θαι.[1]) Dolemus, quod ad confirmandam hanc ultimam viri doctissimi coniecturam argumenta desunt; neque enim id notum est, quomodo *σκ* litteras huius papyri Ox. scriba diviserit.[2]) Ultimo loco ut ne quid omittamus perperam a doctis viris (cf. van Leeuwen. et da Costa., ed. Il. II p. 556; Leaf., ed. Il. II[2] p. 497) Crateti grammatico attributa sunt quae verba Herodianea (cf. Carnuth. in programmate: de Et. M. fontibus, Iever. 1876, p. 26 no. 35) praebet Et. M. 578, 53 sqq. = Et. Florent. p. 214 ed. Mill. Haec vero in codice Et. M. *D* sic leguntur: *Κρᾱ δὲ μεμνοῖτο* quam notam recte solverunt cod. *M* Et. M., schol. Gen. I. Paris. 2766 ad v. (Cramer., AP III p. 292, 22 sqq.) in nomen *Κρατῖνος*. Igitur actum est de Cratete grammatico et cum Wachsmuthio p. 35 ille comicus agnoscendus est, sed Cratinus, non Crates.[3])

APPENDIX.

Ex papyris ad Iliadis versus pertinentibus praeter XXXI quas affert Ludwichius in ed. Il. vol. I praefatione, 1902, adhibere potuimus has[4]):

Α: 1/15: Ox. III. 534. p. 274. — 43/59: ibid., 535. — 107/16: Ox. IV. 748. p. 248. — 127/47: Ox. III. 536. p. 274. — 129/50: Catal. of Aditt., 1894, 272 p. 422. — 160/76: Ox. IV, 749. p. 248. — 215/20: Ox. III. 537. p. 274. — 273/97: ibid., 538. — 273/362: Fay. Towns. 141. p. 295. — 575/83: Ox. III. 539. p. 274.

Β: 50/8: Ox. IV. 686. p. 133 sq. — 57/73: Ox. IV. 750. p. 248. — 95/210: † Tebtyn. I. p. 12. — 611/46. 647/83: Fay. Towns. 309. p. 310. — 672/83: Ox. III. 540. p. 274. — 804/25: Bulletin

[1]) cf. ad haec verba et quae sequuntur in papyro magis iam obscura etiam schol. Paris. 2766 (Cramer., AP III p. 291, 25) et schol. *T* ad *Φ* 122 (Maass. VI p. 342, 14).

[2]) cf. *κεχωρισ-μένοι* c. XVII, 6; *ἰσ-χὺς* XVII, 10. Sed inveniuntur etiam *ἀργε-στῆς* XVI, 26; *μάλι-στα* IX, 28. Compara *Πυραί-χμης* VI, 19; *ἐ-κτός* XII, 10; *λί-μναις* X, 10; *κρή-μνου* XII, 4. 5.

[3]) cf. Et. M. 8, 12. 367, 24. 267, 19. 270, 6 ubi semper haec nota nominis *Κρατῖνος* est legenda quod non semper perspexerunt editores CGF.

[4]) Papyros in quibus insunt signa critica cruce, scholiis insignes stellula significavimus.

de l' Inst. Eg. de l'Alexandrie (Botti) VII, 1896, p. 120. — 859/73: Ox. III. 541. p. 275.

Γ: 30/55: Ox. IV. 751. p. 248. — 185/9. 207/16: † Ox. IV. 687. p. 134. — 214/24: Fay. Towns. 209. p. 301. — 371/93. 394/418: Ox. III 542. p. 275.

Δ: 87/96: Ox. IV. 752. p. 248. — 182/98: Ox. III. 549. p. 275. — 364/98: Ox. IV. 753. p. 248. — 443: Ox. III. 410. p. 26 sqq. — 478/90: Ox. III. 545. p. 275. — 532/9: Ox. IV. 754. p. 248.

Ε: 130/73: Ox. IV. 755. p. 248 sq. — 324/34. 379/90: ibid., 756. — 578/86: ibid., 757. — 583/96: ibid., 758. — 662/82: ibid., 759. — 715/8. 720/9: ibid., 760. — 824/41: Americ. Journ. of Philol. (Goodspeed) XXI p. 303.

Ζ: 128. 134/7. 148. 173/94. 199. 455/529: *† Ox. III. 445. p. 84 sqq. — 147/8. 147. 149: Ox. IV. 761. p. 249.

Η: 1/35: Ox. IV. 762. p. 249. — 68/101. 102/34: ibid., 763. — 237/73: Ox. III. 546. p. 275. — 324/63: ibid., 547.

Θ: 41/54. 86/104. 139/56. 173/86: Fay. Towns. 210. p. 301. — 109/22: Ox. IV. 764. p. 250. — 443/7: Verz. der ägypt. Altertümer d. Berl. Mus. p. 370.

Ι: 55/7. 381. 385. 389. 404: Ox. III. 410. p. 26 sqq. — 235/301: Ox. III. 548. p. 275 sq. — 320/33: Ox. IV. 765. p. 250.

Κ: 542/7: Ox. IV. 766. p. 250.

Λ: 39/52: Ox. III. 549. p. 276. — 172/83: Ox. IV. 688. p. 134 sq. — 347/63. 802/20: Riv. Egiziana (Botti) VI, 1894, p. 126 sqq. — 505/602: Ox. III. 550. p. 276. — 555/61: Ox. IV. 767. p. 250. — 763/4: ibid., 768.

Μ: —

Ν: 58/99: Ox. III. 446. p. 91 sqq. — 308/17. 342/7: Ox. IV. 769. p. 250. 372/7. 405/13: Ox. IV. 770. p. 250.

Ξ: 227/83: Ox. III. 551. p. 276.

Ο: 736/46: Ox. IV. 771. p. 250.

Π: —

Ρ: 80/94: Ox. III. 552. p. 276. — 102/15. 142/52: cf. Centralblatt f. Bibl.-Wes. (Haeberlin.) 1897, p. 207. — 353/73: Ox. IV. 772. p. 250. — 725/9. 730/3: Ox. IV. 685. p. 132 sq.

Σ: —

Τ: 41/50: Pap. Grecs et Démotiques Th. Reinach, Paris 1905, p. 13 sq. — 97/117. 132/51: Ox. III. 553. p. 276. — 251/9: ibid., 554. — 417/21: ibid., 555.

Y: 36/110: Fay. Towns. 260. p. 298. — 241/50: Ox. III. 556. p. 277.

Φ: 372/82: Ox. III. 557. p. 277. — 544/609: Zeitschrift für ägypt. Sprache (Blass) 1880, p. 37. — 608/11: Amherst. II. 159. p. 192.

X: 1/18. 40/57: Ox. III. 559. p. 277. — 115/34. 143/60: ibid., 558. — 253/98. 350/5. 358/65: Fay. Towns. 211. p. 301. — 390/435: Blass., l. ad *Φ* 544 sqq. s.

Ψ: 22/49. 79/100. 424/447: Ber. d. Sächs. Ges. d. Wftn. (Blass) 1904, p. 211. — 30/7: Amherst. II. 159. p. 192. — 81/91: Ox. III. 447. p. 93 sq. — 775/85. 834/47: Ox. III. 560. p. 277.

Ω: 282. 286. 318/31: Ox. III. 561. p. 277.

Praeter has CIX papyros novimus IX quae glossas vel scholia praebent (cf. Ludwich., ind. lect. Regim. 1902; Berl. philol. Wschrft. 1904 c. 317. 348) et XXX papyros prelis nondum traditas. Sed cum in portum pervenerimus, vela nunc contrahamus.

SCHOLIORUM EDITIONES

Bekker. schol. in Hom. Il., Lips. 1825, apud quem inveniuntur scholia vulgata (= *D*).

Dindorf. schol. cod. Ven. *A*, I. II., Oxford 1875; schol. cod. Ven. *B*, III. IV., ibid. 1877; adde recens. in mus. Rhen. XXXII p. 1. 160; Fleckeis. nov. annal., 1878, p. 533.

Maass. schol. cod. Townleyani (= *T*), V. VI., ibid. 1888.

Schrader. Porphyrii Quaest. Hom. ad Iliadem pertin. rell., Lips. I 1880, II 1882 (= PIQ); Porphyrii Quaest. Hom. ad Odysseam pertin. rell., Lips. 1890 (= POQ).

Nicole. les scolies Genevoises de l' Iliade I. II., Genav. 1891 (= schol. Gen.).

Grenfell. et Hunt. the Oxyrhynchus Pap. II, 1899, pap. CCXXI (Brit. Mus. 1184) p. 63 sqq. (= schol. Ox.); cf. Ox. IV. p. 261.

Dindorf. schol. in Hom. Od., Oxford 1855; cf. Ludwich. AHTK I p. 507 sqq.

I. TABULA ARGUMENTI DISPUTATIONIS

II. INDEX RERUM IN DISPUTATIONE TRACTATARUM.

Spezialdruckerei für Dissertationen Robert Noske, Borna-Leipzig.

Max Hans Carl Bogumil Helck patre Carolo Augusta matre e gente Roessler quos ambos esse superstites maxime gaudeo natus sum Dresdensis a. d. VII. Id. Dec. anni proximi saeculi LXXIX. Fidem profiteor Lutheri evangelicam. Litterarum elementa per IV annos postquam didici, puer X annorum Dresdae frequentare coepi gymnasium illustrissimum quod ad aedem Sanctae Crucis nuncupatur; Henrici Stuerenburgii viri eruditissimi atque optime de me meriti auspicio regebatur. Maturitatis testimonium vere anni MDCCCIC consecutus per bis sex menses in legione CVIII stipendia egi militaria. Quibus optime confectis Dresda Lipsiam migravi philologiae studiosis ut adscriberer. Ibidem commoratus per XI semenstria deditus eram praeter alia studiis imprimis philologiae Graecae Romanaeque et Germanicae. Ac docuerunt me viri clarissimi de Bahder Barth Berger (†) Brugmann Eulenburg Gregory Heinze Hofmann Holz Jungmann Immisch Kaerst Koester Lamprecht Lipsius Martini Marx Pruefer Riemann Sievers Sommer Studniczka Volkelt Wachsmuth (†) Weule Windisch Wundt Zimmern.

Praeterea proseminarii philologi exercitationibus Immischio duce postquam per bis senos menses summo cum fructu interfui, per annum eram adscriptus sodalis ordinarius seminario philologo auspiciis Lipsii Marxii Wachsmuthii quibus doctissimis viris quid ego debeam semper habebo grato in animo. Tum ad seminarium Germanicum comiter per semenstre admisit me Sievers cuius scholis publicis quas habuit de lingua Germanica vetustissima et aevi medii per semenstria tria interfui; item concesserunt liberaliter de Bahder et Koester ut frequentarem exercitationes quas instituerunt de vetustissima et novissima lingua Germanica. Praeterea intereram exercitationibus Sanscriticis Windischii Graecis Martinii Goticis Sommeri Archaeologis Studniczkae Paedagogicis Jungmanni. Denique etiam in societatem Graecam Lipsius et in scholas quas habuit de Romanis inscriptionibus Marxius comiter me receperunt.

Quibus cunctis doctis viris propter varia multaque in me merita nunc gratias ago quam maximas. Praecipue vero memoriam Wachsmuthii qui studiorum meorum vel in extrema morte erat fautor benevolentissimus pio animo semper colam.